





9882, 89

No. 1070
1785, 9.

DE MODO
 SUPERIORITATIS
 TERRITORIALIS IVRA
 CONTRA EOS,
 QUI SE ILLI SVBIECTOS ESSE NEGANT,
 LEGITIME PERSEQVENDI




ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV
 VT
 S V M M O S
 IN VTROQVE IVRE HONORES

IMPETRET

A. D. II. IVNII MDCCCLXXXV

DISPVTABIT

CHRISTIANVS IACOBVS
 EISENSTVCK
 ADVOCATVS DRESDENENSIS



LIPSIAE
 EX OFFICINA KLAVBARTHIA.



DE MODO

SVPERIORITATIS
TERRITORIALIS IVRA

CONSTITVTOS

QVI SE ILLI SVBICCTOS ESSE NEGANT
LEGITIME PERSQVENDI

ILLVSTRIS ICTONVM ORDINIS CONSENSV

VT

SVMNOS

IN VTROQVE IVRE HONORES

PRESTET

A. D. II. IAN. CLXXXVIIII

DISCVLIT

CHRISTIANVS EMANVVS

FRVSTRVX

ASSVCTVVS SVBIVCTVS

LIPSIÆ

EX OFFICINA MATHIASII



VIRO GENEROSISSIMO
DOMINO
GEORGIO LIB. BAR. DE BRACKEL

I N B R E I D M A R

REVERENDISSIMO AC SERENISSIMO ELECTORI TREVIRENSI NEC
NON REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPI HILDESIENSI ET
FADERBORNENSI A CVBICVLIS, HVIC AB AVLAE QVOQVE ET
REGIMINIS CONSILIIIS

S. P. D.

A V C T O R

VIRO GENEROSISSIMO

DOMINO

GEORGIO FRIBAR DE BRACKEL

IN FRIBAR

AVERTENDISSIMO AC BENIGNISSIMO ELECTORI TRIVIRICO NEC
NON REVERENDISSIMO ET CLEMENSIMO PRINCIPALI BRACKELI ET
FABRICIANO ET CANTUARI, NUNC DE ALIA QUORUM ET
PRINCIPALIS CANTUARI

E. F. B.

A V C T O R



*VIR GENEROSISSIME,
FACTOR AESTVMATISSIME,
AMICE SVAVISSIME,*

Triennium est et quod excurrit, quum mihi in Georgiae Augustae, cui Deus fauceat! subselliis quotidiano eximiae, quam iuribus addiscundis impendebas, diligentiae testi talem TEcum amicitiam contrahere contigit, quam nec locorum interualla nec grauissima, quibus redux ex academia admotus fuisti, negotia delere potuerunt literarum potius commercio auctam subinde ac confirmatam. Quanta perfundor voluptate

* 3

istorum

istorum recordans temporum, quum uterque summis,
qui tum Gottingam ornabant, viris assideremus, quum
a b. Becmanni nostri, quem nunquam elugebimus, ore
penderemus iuris ciuilis praecepta nobis, at quam do-
cte, quam facunde, quanto cum audientium et fructu
et oblectamento explicantis. Illis vero temporibus,
quorum vel ideo, quod TIBI me iunxerunt, dulcis,
dum viuam, erit memoria, hic quoque, quem ad TE
fero, originem debet libellus. Nosti enim ab Ill. Puet-
tero in scholis, quae audiunt, practicis inter alios,
quibus exercitabamur, labores, ut scriptorum, quae
de controuersis illustribus publicari solent, lectioni
adsuefieremus, communicatum nobiscum fuisse celeberrim-
um, quod ipse vir summus de lite Bobemico-Zedt-
witzensi conscripsit, responsum: qua opportunitate
allata circa eandem materiam actuario pro temporis
angu-

angustia calamo a me exarari nonnulla vidisti. Iam vero alia scribendi occasione dicam an necessitate? emergente, quanquam argumenti grauitas parum absuit quin me deterruerit, tamen eiusdem iucunditate allectus schedas istas Gottingenses secundis curis retractaui, et emendando, addendo, inducendo libellus hicce enatus est. Hunc TV, amicorum optime, qualiscunque sit, accipe et, qua soles, humanitate iudica. Scito enim proficisci eum ab homine forensi, cuius, quae vitae ratio postulat, studia heu! quantopere in his certe terris a iuris publici doctrina solent esse aliena!

Vt eo, quo adhuc, in posterum quoque fauore me amplecti velles, a TE efflagitarem, nisi tot amicitiae TVAE documenta omnem de eius diuturnitate eximerent scrupulum. Vale resque TVAS sub auspiciis

7
ciis optimi principis, in cuius laudibus coram enarran-
dis initium facilius inuenire solebas quam finem, age
feliciter.

Scripsi Dresdae a. d. XII. Apr. MDCCLXXXV.

T I B I

additissimus

CHRISTIANVS IACOBVS EISENSTVCK.



§. I.

PROOEMIUM.

Quanquam haud vana sit eorum querela, qui formam, qua Imperium R. G. regitur, multis iisque haud leuibus naeuis laborare conqueruntur; multa tamen sunt, quae eam commendare et, quae ex illis veluti morbis in ciues qua imperantes qua subditos redundant, incommoda abunde compensare possint. Quorum equidem haud postremum existimo illud, quod eorum, quae principem et subditos intercedunt, iurium obligationumque tutelae in Germania, si vspiam, egregie prospectum sit. In aliis enim regnis, siue penes vnum, siue populum, siue oprimates sit summa rerum, quando mutuae imperantium parentiumque obligationes ab vna alteraue parte violantur, vel circa ipsas istas obligationes earumque modum lis mouetur; nemo est, qui hanc ita dirimere possit, vt ad obsequium eius arbitrio praestandum litigantes iure adigi queant: adeo vt eiusmodi dissidia, quae amice transigere non contingit, haud aliter quam fortioris iure, bello quippe domestico, atrocissimo humani generis flagello, possint finire. Secus in Germania, vbi ter-
A
tius

tius adest, Imperator et Imperium, ad quos civis a principe laesus tuto confugere et non modo malorum leuamen petere, verum etiam poenam adeo laedenti infligendam expectare;^{a)} a quo princeps subditis, qui obsequio se subtrahunt aut subsidia ad publicam salutem necessaria inique negant, in ordinem redigendis ipse se imparem sentiens auxilium impetrare potest. Neque arbitrorum tantum officio funguntur, qui inter principes I. R. G. eorumque subditos ius dicunt, sed vera iis in omnia, cuiuscunque sint conditionis, I. R. G. membra vel mediata vel immediata competit iurisdictio, cui nemo non parere tenetur, quaeque administratur ab iis collegiis, quorum assessores, si non omnes ab Imperio, h. e. ab iis ipsis, quibus ius dicunt, eliguntur, omnes tamen sacramenti fide iis sunt obstricti.^{b)} In hoc vero egregium libertatis Germanicae exemplum nemo est qui non agnoscat; quum in omni aevi historia homines maximum libertatis suae momentum in eo posuisse videamus, ut ab iis iudicarentur, quos ipsi sibi iudices esse voluerint.

Quancunque autem aestimandum sit illud, quod Imperatori et Imperio leges nostrae tribuant, superioritatis territorialis moderamen; caueamus tamen diligenter, ne eximius, quibus I. R. G. formula se hac ex parte commendat, emolumentis allesti nimium illi supremac quasi inspectionis iuri, quod Imperatori Imperioque in principes nostros competit, tribuamus; ne obliuiscamur, eam sanctitatem, quam legibus publicis civilibus decernimus, multo magis naturalibus deberi, illas quidem haud negligendas, earum tamen vim non adeo extendendam esse, ut aeterna et immutata iuris naturae et gentium principia violentur.

Si

^{a)} Exemplum recens admodum *burgischen Sammlung der Merckwürdigkeiten*. T. II, §. 243.
^{b)} *Capit. Caes.* art. 24. §. 3.

Si vero vnquam illa, quam modo suasi, cautione optus est, est sane in ea, de qua iam differere luber, quaestione. De qua vt eo accuratius iudicari possit, antea quam ad ipsam, quam rubrum indicat, accedamus speciem, videamus de ea, vbi illud vnionis et subiectionis vinculum, quo I. R. G. membra inuicem iunguntur, exulat, h. e. quid tum iuris sit, quum gens libera alteram, quae se pari libertate gaudere praedicat, secum in subiectionis conditionem conuenisse adferit, haec vero negat, et quaeritur: Quomodo illi ius, quod sibi in hanc competere ait, liceat persequi?

§. 2.

Num ciues imperio ciuili se subtrahere iuste prohibeantur, disquiritur, et remouentur dubia.

Iam quidem ex eo, quod de subiectione inquit, pacto mutua iura obligationesque nasci illorumque legitime persequendorum dari facultatem, vix commemorandum videtur, quum quoduis ius rite aduersum ad effectum, vt ita dicam, deducere liceat: dubium tamen ex eo suboritur, quod, ex communi fere omnium,^{c)} qui iuris naturae praecepta traderunt, opinione ciuibus facultas emigrandi, itaque pactum cum ciuitate eique imperantibus inquit, quo sese ad vnionem et obedientiam obligarunt, impune violandi concedatur, immo, qui subditos suos adempta hac libertate quasi glebae adscribere conantur, principes fere tyranni vulgo audire solent: quibus a principiis nec veteris aevi abhorrent mores.^{d)}

A 2

Sed

c) Binos nominasse sufficiat. GROTIUS de iure B. et P. Lib. II. Cap. 5. §. 24. de VATEL Droit des gens. Livre I. chap. 19. §. 220.

d) Ita CICERO haud postremum

libertatis Romanae momentum in ista emigrandi facultate collocare videtur, dum: O iura praecleara, exclamat, atque diuinitus iam inde a principio Romani nominis a maioribus nostris compa-

Sed salua res est. Primum enim sicut in iure ciuili socio libertas a societate recedendi tum demum conceditur, *scilicet societatis non interfit dirimi societatem;*^{e)} ita et iuris naturae doctores V. C. GROTIUS et de VATTEL locis laudd.^{f)} facultatem patriam deferendi iisdem limitibus circumferibunt, et ciuibus ea demum lege, vt ne quid respublica inde detrimenti capiat, competere aiunt: quare, vt infra §. 4. monstrabimus, repetere vna, quod altera praebuerant manu, et reuera ciuibus ius patriam hac inuita relinquendi videntur adimere. Deinde iisdem alia distinctione vtentes sigillatim quidem, sed non cateruatim emigrare licitum dicunt.^{g)} Nobis vero non tam de singulis imperio ciuili se subtrahentibus, quam de pluribus principis dominatum vno eodemque tempore detrectantibus sermonem esse, tractationis nostrae series demonstrabit.

§. 3.

Continuatio.

Verum hic et illud obiici posset, quod plerosque eorum, quibus hodie paremus, principum subditis suis libertatem sedes suas, quocumque volupe est, transferendi integram seruire videamus. At equidem hic longe alias rationes quam opinionem obligationis perfectae subesse existimo. Partim enim

comparata! ne quis in ciuitate maneat inuitus. Haec sunt enim fundamenta firmissima nostrae libertatis, sui quemque iuris et retinendi et dimittendi esse dominum. Orat. Pro Balbo cap. 13.

e) L. 65. §. 5. D. pro socio. vbi aptam PAVLLVS rationem adicit: *Semper enim non id quod priuatim interest vnius ex sociis seruari solet, sed quod societati expedit.*

f) Adde BOEHMERVM in *Introd. in Ius publicum vniuersale*. Part. Spec. Lib. III. Cap. II. §. 22. SCHEIDEMANTELS *Staatsrechte nach der Vernunft und den Sitten der vornehmsten Völker betrachtet*. T. II. §. 62.

g) GROTIUS de I. B. et P. L. II. cap. 5. §. 24. B. 2.

enim metus, ne vicini eodem iure vtantur, vt ita agant videtur impellere, partim prudentiae rationes, ne peregrini suos in illorum prouinciis lares ponere deterreantur, veriti, se, negata iterum discedendi facultate, in seruitutem quasi perpetuam iri detrusum. Qua in sententia confirmor in eos, qui aliis discessum e patria suadent, grauissime videns animadverti, in Saxonia v. c. Electorali opere publico, immo interdum suspendii supplicio. vid. MAND. *Wider die Verleitung derer Unterthanen und Einwohner zum Wegziehen ausser Landes.* d. d. 21. Aug. 1764. §. 1. In Cont. Cod. Aug. P. I. p. 884. Si enim cuius ius perfectum natura tribuisset e patria, quandounque voluerit, discedendi, idoneam haud video rationem, cur ii, qui aliis rem licitam neque vlli poenae obnoxiam suadent, tam atrociter plectendi sint. Quo quaeso iure is ad supplicium rapi possit, qui amico suo forte rei familiaris angustia laboranti auctor est, vt iure suo vtens in aliam regionem concedat, ibique laetiozem quaerat fortunam? Satis igitur apparet, principes emigrationem non tam iustam existimare, quam prima quidem fronte possit videri, sed potius ex iis forte, quas supra commemorauit, causis emigrantibus quasi conuiuere: quod in Saxonia nostra dubio caret, quum Augustissimus legislator se emigrationem ex iuris publici vniuersalis principis illicitam existimare fat clare significauerit MAND. *wider die Abzieh- und Verleitung derer Wollenarbeiter und Fabricanten aus hiesigen Landen.* d. d. 20. Dec. 1723. Cod. Aug. T. I. p. 2511. hisce verbis: — *Als haben wir vor nöthig befunden zu verordnen, das die Gerichtsobrigkeiten die Aeltesten derer Handwerker und Innungen sofort vor sich ersordern und ihnen vorstellen sollen, wie nicht alleine etc. sondern auch die Eingebornen, welche heimlicherweise sich ausser Landes zu ziehen verleiten liesen, wider ihre obhabende schwere Unterthanenpflicht handelten etc.* Quorsum et illud pertinere videtur, quod eius

e patria discedendi libertatem gabella, quam vocant, soluenda redimere, itaque ea, quae ex ipsorum discessu in rempublicam redundare possent, incommoda numis compensare iubeantur: quo facto impetrata licet ipsum, quod cum ciuitate inierunt, pactum violandi venia id tamen quod interest reipublicae videntur praestare. Sunt etiam prouinciae, in quibus libertati emigrandi peculiaribus legibus vel scriptis vel non scriptis prospectum est: cuius rei itidem Saxonia nostra exemplum suppeditat, siquidem Serenissimus legislator eo, quod supra excitauimus, MAND. d. d. 21. Aug. 1764. praecodem diserte declarat: *Je weniger wir aber hierbey die Absicht hegen, die Freyheiten derer Churfürstlich Sächsischen Unterthanen, in so weit selbige in denen Landesgesetzen^{h)} und der unstreitigen Verfassung gegründet sind, zu beschränken, oder jemanden wider deren Disposition an der Gebahrung mit seiner Person oder Güternⁱ⁾ zu hindern etc.* Tandem, quod potissimum est, infigne intercedit discrimen inter eos, qui e patria cum suis cumque re sua familiari decedunt, et eos, qui domicilio haud mutato societati tantum ciuili amplius adhaerere eiusque legibus obtemperare detrectant. Hoc cuiquam licere vix erit qui existimet: quanquam hanc quaestionem a plerisque harum rerum scriptoribus sicco pede praeteriri animaduertimus. Tractatur tamen, quanquam obiter tantum, a PUFENDORFIO in *Jure naturae et gentium* Lib. VIII. cap. XI. §. 3. ac merito negatur. Nobis autem iam non tam de illa quam de

hac

h) Ita etiam *scriptis* legibus emigrandi libertas ciuibus Saxonice concessa videtur. Quae vero sint, quas legislator h. l. innuit, leges, alii videant.

i) Si haec verba cum iis, quae supra ex MAND. d. d. 20. Dec. 1723.

retuli, conseras, antinomia subesse videtur. Nec alio facile modo uterque locus poterit conciliari, quam ut illum de ao. 1723. de eo quod naturaliter iustum est, hunc vero de ao. 1764. de eo intelligas, quod leges ciuiles moresue recepti permittunt.

hac specie, vbi nempe de iis, qui haud mutato domicilio imperium ciuile recusant, quaeritur, sermonem esse, ea quae sequuntur ostendent.

§. 4.

Auctoris sententia de iure emigrandi proponitur.

Quanquam vero iam non id agam, vt locum de iure a societate ciuili hac inuita recedendi arduum sane variisque difficultatibus impeditum plenius pertractem: cum tamen ab illa de iure emigrandi quaestione ea, cui libellum huncce destinauimus, quodammodo pendeat, ideoque de illa prius oporteat constare, praemissis aliorum opinionibus, iam quid et mihi hac de re videatur, liceat paucis subiungere. In quo quidem illud, quod superiori §. 3. proposui, discrimen probe obseruantes, de priori primum specie videamus, vbi de iis quaeritur, qui relicta patria societatis ciuilis, cui antea addicti erant, membra esse desinunt. Hic quidem et rem breuissime expedire et ad veritatem quam proxime accedere arbitror, si cum VATTTELIO^{k)} (qui tamen haud omnino mecum facere videtur) distinguamus, vtrum quis ea, qua ipse rebus suis praeesse potest, aetate sponte domicilium in ciuitate elegerit, an in hac natus sit. Illi, qui ciuitatem ingrediens libertati naturali renunciauit, facultatem rempublicam, cuius ciuibus se adscribi velle vel diferte vel tacite declarauit, hac inuita deserendi comperere nego, nisi sibi eam reseruauerit, aut legibus publicis aliud cautum moribusue introductum sit, aut ciuitas iis, quae ex ipso illo pacto, quod audit, sociali deriuantur, officiis haud satisfecerit, itaque, se eum, de quo loquimur, ciuem illo pacto non magis teneri velle

k) *Droit des gens* Livre I. chap. XIX. §. 226.

velle tacite declarauerit. Sin vero de eo quaeris, qui in ciuitate natus est, largior quidem, hominem liberum nasci: huic igitur, donec eo aetatis peruenerit, vbi quid nobis conducat nec ne? ipsi perspicere possumus, integrum esse existimo, vtrum ei, in qua lucem adspexit, ciuitati se addicere an alio migrare velit. Simulac vero se societatis ciuilibus velle participem fieri vel verbis vel factis, se nimirum pro ciue gerendo, declarauerit, libertatisque adeo, qua antea gaudebat, naturali renunciauerit, ei ad iura renunciata reditum patere nego. Distinctionem, vtrum reipublicae intersit, ciuem abesse nec ne, si vrgeas, quaero, quis arbitrio suo definiat, vtrum reipublica ciue quodam commode carere possit nec ne? Num ipse ciuis abiturus? Sic iudicem das in propria causa. An ciuitas? Parem sentis difficultatem. Sed quis tandem iudicet? Haud video, quomodo hisce tricis explicare te valeas, nisi dicas ciuitatem et ciuem, quum circa ipsum societatis pactum oritur, relabi in statum naturalem, ideoque praeter Martem iudicem adesse nullum. Placet haec sententia. Sed totam istam distinctionem tutus negligo, quum equidem solidum, quo nitatur, fundamentum neque ipse perspicere valeam, neque apud eos, qui ea vtuntur, scriptores inueniam. Sic enim ipse GROTIUS¹⁾ de hac materia differens partim ipse paulisper fluctuare, partim distinctionis istius fundamentum magis in prudentiae rationibus, quam iuris connati principii collocare videtur. Sic enim ille: *Extra hos casus* (vbi nempe rei publicae interest, ciuem ex ea haud abesse) *credibile est ad liberam ciuium discessionem consentire populos, quia non minus ex ea libertate commodi sentire aliunde possunt.* Quale vero commodum ex libera ciuium discessionem in rempublicam redundans GROTIUS h. l. innucrit, BARBEYRACIUS affe-

1) de Iure B. et P. Lib. II, cap. 5. §. 24.

assequi videtur, dum verit: *Hors ces cas là il y a presomtion que les peuples laissent à chacun la liberté de sortir de l'état parces qu'ils peuvent y gagner autant qu'y perdre par le nombre d'étrangers qu'ils recevront à leur tour.* T. I. p. 307. edie. Amstelod. 1724.

Alteram iam adiciendam esset huius excursionis particula de iis, qui patriam quidem non relinquunt, at tamen civis eius amplius esse nolunt, nisi ea, quae modo edisseruimus, huic operae nos facile finirent supersedere. Nam si e patria discedere haud licet, multo minus poterunt excusari, qui in civitate vivere nec tamen eius legibus teneri cupiunt.

Designantur fines libelli.

Bina hoc loco semel praemonere liceat. Primum omni, quae sequitur, tractatione circa dissidia inter gentes orta versante nequaquam id agitur, ut de iustitia ipsius litigii, h. e. utra pars iuste litigare censenda sit, iudicetur. Bella ex iuris gentium voluntarii principii, verissime monente WOLFFO in *Iure gentium methodo scientifica pertractato* Cap. VII. §. 888. utrinque iusta existimanda sunt; siquidem singulis gentibus concedendum, ut in agendo suam ipsarum sequantur iudicium. Naturaliter enim liberae sunt, nec est, cui eorum quae agunt rationem reddere cuiusve de bello iustitia pronunciatum arbitrio stare teneantur. Ita nos quoque ea, de quibus sermonem faciemus, dissidia utrinque iusta esse fingimus, de hoc tantum quaerentes, quo pacto iura, quibus utraque pars se gaudere praedicat, iuste liceat persequi? At discrimen inter ius ipsum et remedium iuris siue modum ius suum persequendi tam notum et in omni iuris tum publici tum privati

B

parte

parte tam necessarium est, vt ei explicando diutius immorari haud opus sit.

Deinde iam non de iis agimus, qui se subiectionis pactum iniisse fatentur quidem, at vel se isto pacto iusta ex causa haud amplius teneri praedicant, vel tantum circa modum exercendi imperii a principe suo dissentiant eique hoc illud praestare recusant. Verum de iis tantum nobis sermo est, qui se vnquam in subiectionis conditionem conuenisse plane pernegant: quod et in ipsa libelli inscriptione exprimere studui.

§. 6.

De remedio, quo genti liberae cum gente libera de subiectione litiganti utendum.

Accedamus iam ad eam, quam supra §. i. proposuimus, quaestionem. Ad quam quidem expedita erit responsio. Inter binas enim gentes, quae neque communem neque alium norunt superiorem vel iudicem ideoque iuribus naturalibus iniuriam utuntur, aliud iuris persequendi remedium haud intelligitur, quam illud, quod singulis quibusuis competit in statu, quem vocant, naturali degentibus, quorum vnus sibi ius esse in alterum praedicat, hic vero negat, violentia nempe suae bellum. Si itaque Gallica gens Helueticam secum vel verbis vel factis eo, vt haec illi pareret, conuenisse ait, Heluetae vero negant, deest iudex, qui Gallos pactum, quod allegant, rite probare iubeat aliove modo hanc dirimat litem. Quum vero vtraque pars sibi iniuriam fieri, altera libertatem naturalem, altera ius pacto quaesitum laedi existimet; vtraque eo, quod natura omnia animalia docuit, iure utetur iniuriamque sibi illatam vi studebit repellere: nec erit quod in hoc iura sua seruan-

seruandi recuperandique modo reprehendas. Sed quid si Galli eorumue rex, in quem potestatem iura sua defendendi vniuersa res publica contulit, Heluetos ad sua ipsius iudicia euocet, et ab illis, vt horum arbitrio pareant, exigat? Hoc Gallum iure facere nemo erit qui existimet. Quod vt eo clarius eluceat, de potestate iudiciaria ex iuris conuati principijs intranscursu paucis videamus.

§. 7.

Excursio de potestatis iudiciariae natura.

Quo certius est, quod est certissimum, in statu naturali potestatem iudicariam h. e. potestatem eos, qui circa iura et obligationes mutuas dissentiant, vt alieno arbitrio obtemperent, cogendi plane ignorari; eo magis dubio caret, quod ista potestas nemini, quam cui pacto adquisita, possit competere. Hoc vero vtrum verbis an factis initum sit parum refert. Sic pacto, quo certa hominum multitudo vnus plurimue imperio se sibiicit, ea lex inesse solet, ^{m)} vt litium inter ciues exortarum iudicium sit penes imperantem, hic eas vel ipse vel per alios harum rerum peritos dirimat, huic vero sententiae litigantes obtemperare teneantur. Itaque nemini, qui conuenitur, inuito iudex obrudi potest, quem non ipse vel disertis verbis elegerit, vel facto comprobauerit, dum v. c. lares suos in prouincia ponit, quam legibus ciuilibus regi iudicis que subesse norat. Qui igitur coram iudice quenquam

B 2

con-

m) Necessariam enim esse potestatem iudicariam illius pacti vnionis et subiectionis, quod imperantem et subditos intercedit, particulam haud statuere ausim. Possunt enim subsistere societates ciuiles hanc tantum in finem inite, vt iniuria a peregrin-

nis metuendae iunctis viribus propellantur, seruata singulis damna ab ipsis ciuibus sibi illata priuatim vlciscendi libertate. Qui exemplum quaerit, medij aevi iuris que manuzrii meminerit.

conuenire nec frustra id facere cupit, probet antea necesse est, reum iudicem, apud quem conueniendus est, vilo modo agnovisse et in eius de se iurisdictionem vel diserte vel tacite consensisse. Quamquam vero haec potestatis iudiciariae notum recte se habere videatur, quum de eiusmodi sermo est litigantibus, quorum vterque vni eidemque ciuitati sunt adscripti; facile tamen patet, eius, si actorem alii, alii reum principi subesse faciamus, ad actorem quod attinet, vsum esse nullum, quum hic ei, cui reus paret, principi potestatem de se suisque iuribus iudicandi nullo modo concesserit. Neque tamen minus inter omnes, quae bene moratarum nomen tumentur, gentes id obseruari videmus, vt actor rei forum sequi, Gallus, cui cum Anglo lis intercedit, hunc coram Anglicis iudicijs in regula ⁿ) conuenire teneatur. Verum si quis de huius iuris fundamento quaerat, tantum abest vt id in iure naturae siue iure gentium naturali collocem, vt potius omnino existimem ex iuris connati principijs Gallo, vt Anglum apud huius iudicem conueniat, minime incumbere, sed liberum illi esse iura sibi contra hunc competentia quouis modo, vi, armis, bello, plane ac in statu naturali persequi. Etsi enim neque Gallus neque Anglus huius status licentia amplius gaudeant, si ad huius illiusue conciuēs respexeris, tum tamen, vbi de peregrinis eorumque obligationibus quaestio incidit, omnino gaudere videntur. Deest enim initum inter vtrosque, quod libertatem naturalem adimat, pactum. Quare istud, quod actorem rei iudicem ordinarium adire iubet, principium haud aliis quam iuris gentium positiui eiusque voluntarij ^o) regulis nisi arbitror. Quum enim gentibus facillime

n) In regula inquam. Ad exceptiones enim referenda sunt forum contractus, arresti, rei sitae, landfalliatus cet.

o) De iuris gentium positiui diuisione in voluntarium, pactitium et consuetudinarium vid. in primis WOLFFII *Ius Gentium* methode scientifica

me constare possent, quantis omnes quotquot terrarum orbem colunt, si maxime, qui commerciis operam dant, adficerentur incommodis, quantae inde exorirentur turbae, si cuius eum alius prouinciae cinem, quem sibi quidquam debere ait, ubicunque inuenit, adoriri et ad id quod debere censetur praestandum quouis modo adigere liceat; maximae illius, quam gentes inter se constituunt, ciuitatis^{p)} fini conuenire uideretur eoque igitur singulae gentes consentire praesumuntur, ut quauis in ciuitate non solum peregrinis contra ciues, aequae ac his ipsis inter se litigantibus iudicia aperiantur, uerum et peregrini a ciuibus quidquam petentes ommissis, quae libertas naturalis admittebat, remediis reos necessario coram eorum foro conuenire, immo et, ut causa in iudicium deducta iuxta leges in rei foro receptas decidatur atque secundum eum, qui ibi obseruari solet, iudicii ordinem peragatur, pati debeant.^{q)}

Continuatur quaestionis §. 1. et 6. propositae tractatio.

Quae quum ita sint, Gallo, qui, ut supra §. 6. finxi, Heluetos coram suis ipsis iudiciis quasi laesae maiestatis reos acturus est, eadem, quam p. 12. dixi, suscipienda erit probatio: quam uero quomodo paragere queat equidem haud uideo. Certe ad subiectionis pactum ab Heluetis secum initum huius probationis ergo prouocare citra principii, quam uocant, petitionem non poterit, quum ipsum hoc sit quod per-

B 3 negant

zifica pertractatum §. 22. sqq. quem secutus est VATTTEL dans le droit des gens. Preliminaires §. 21. sqq.

p) Ex cuius ciuitatis maximae natura praesumptioque gentium consensu

totum istud derinatur ius gentium voluntarium acute demonstrante WOLFIO lib. laud. Proleg. §. 10. sq. q) cf. VATTTEL l. cit. Livre III. ch 1, §. 4.

negant Helueti, atque hac ex causa Gallorum de se iurisdictionem detrectant. In hoc igitur utriusque partis dissensu nouaeque praeiudicialis circa fori competentiam oriretur quaestio, quam haud alio modo quam iure fortioris posse decidi nemo erit qui dubitet.

Deinde quoque facile patet iudicium in hac causa coram tribunalibus Gallicis actum omni effectu iri destitutum. Ad quodvis enim iudicium requiritur, ut utraque audiatur litigantium pars. Facile vero praevidendum proposita in specie Helveros, qui Gallicorum iudiciorum in se iurisdictionem agnoscunt nullam, in ius non venturos sui que haud facturos potestatem. Ergo in contumaciam feretur sententia. At quum ad id quod extremum est in iudicio peruentum fuerit, a quo et quo pacto executioni mandabitur lata contra reum sententia? Qua alia ratione nisi bello? Acta igitur fuisset fabula.

Certissimum itaque videtur inter binas, quarum utraque liberam se praedicat, gentes, quum de vnus in alteram imperio quaeritur, haud alium iudicem intercedere quam bellum. Quod tamen non ita intelligi velim, ac si belli euentu aequae ac in statu civili iudicis sententia lis inter gentes bellum gerentes dirimatur, adeo ut ea, quae alteram vicerit, iuste litigans eiusque causa iusta habenda sit. Bello potius finitur tantum lis, deciditur demum ea, quae id sequitur, transactione vel pace: quod vberius demonstrare instituti huius, haud permittit ratio. vid. omnino WOLFIVM lib. cit. §. 632. et 883.

§. 9.

*De remedio a gente libera contra eam, quae tertio sese subiecit,
usurpando.*

Ad aliam iam speciem transeamus exemplum a superiore paullo diuersum efformantes. Fac Gallum membro nobilitatis I. R. G. immediatae aut, si mauis, ciuitati eiusdem Imperii liberae eandem, quam §. 1. extr. dixi, mouere litem. Quodsi hic de modo iuris sui persequendi, quo Gallo utendum est, quaeritur, eadem, quae supra, erit responsio. Itaque haud aliter quam bello ista contentio poterit dirimi. Omne enim quod inter hanc et superiorem, quam §. 1. proposui, speciem intercedit discrimen eo redit, quod ciuitas I. non, vti Helueti, pleno gentium iure utatur, sed Caesari et Imperio sese pacto subiecerit. At hoc pactum, tamquam actum inter alios, tertio neque prodesse neque nocere, ideoque Gallo neque ius suum, quod sibi vindicat, antiquius adimere, neque necessitatem alio, quam quod ipsi antea competebar, iuris sui obtinendi remedio utendi imponere potest. Immo istud subiectionis pactum a Gallis plane non agnoscitur, sed iniustum atque irritum merito declaratur, quum sua natura cum vno tantum possit iniri; quare qui cum vno id contraxit, eo ipso libertati idem cum pluribus ineundi renunciaisse censendus est; quae praesumptio inter eas, quae iuris et de iure vocantur, merito referenda. Nonne ipsa quoque sibi contradiceret Gallia, si ciuitatem quandam sibi subiectam esse praedicaret, et eandem tamen coram tertio conueniens huius imperio subesse tacite concederet? Quodsi itaque illa ciuitas Gallos sibi bellum inferentes ad Imperii iudicia remittere, utque coram iis ius suum deducant, exigere velit, et ex iis, quae modo proposui, principiis et ex ipsa potestatis iudicialiae natura, qualem §. 7. explanare studui, facillime poterit
refu-

refutari. Attamen huiusmodi lite exorta Imperio R. G. cuius membrum reus^{r)} se esse praedicat, ius huic contra Gallos opem ferendi haud erit negandum, dummodo id, quod Galli contra reum allegant, pactum non ininitum fuisse sibi persuasum habeat. Tum enim omnino Imperio R. G. a Gallis infertur iniuria bello vindicanda, quando hi illud iuribus subiectionis in reum competentibus priuare laborant: quod tamen magis ad litis ipsius, quam ad remedii iustitiam pertinet.

§. 10.

De remedio genti, quae systemati ciuitatum sub vnus imperio iunctarum adhaeret, contra eam, quae tertio eodem modo sese subiecit, competente.

Propius iam accedamus ad eam, quam rubrum indicat, quaestionem. Fac regnum esse Germaniae vicinum, quod eodem quo haec regatur modo, ex pluribus nempe rebus publicis constans non solum foedere iunctis verum etiam vni eidemque supremae potestati subiectis. Si talismodi respublica quendam, qui nunc pro nobili I. R. G. immediato se gerit, secum vnionis et subiectionis pactum iniisse dicat, videamus, quomodo illi ius, quod prae se fert, liceat persequi. Quum haec species a proxime superiore (§. 9.) duntaxat in eo differat, quod is qui petit non liberarum gentium iuribus vtatur, sed superiorem agnoscat; oritur quaestio, num haec actoris subiectio possit efficere, vt ipsi alio quam in superiori specie sit vtendum remedio. Quod merito negandum; siquidem illud, quod actor iniiit, subiectionis pactum vim suam inter paciscentes tantum exserere ideoque reo, de quo loquimur, tamquam tertio, nec obesse potest nec prodesse. Etiam hic igitur penes Martem erit litis arbitrium.

§. 11.

r) Brevitatis causa impropria hac rei et actoris appellatione vti liceat.

Remouentur dubia.

Antea vero quam relinquamus hunc locum, dubia quaedam remouenda sunt. Mentionem fecimus proxima §. ciuitatis, quae cum pluribus ciuitatibus in societatem ciuilem seu, quod vocant, *systema foederatarum ciuitatum* ita coiit, vt non, sicut in Belgio et Heluetia, singulae ciuitates maiestatem et liberarum gentium iura in omnibus retinerent, sed omnes se superiori cuidam potestati communi consensu subiicerent. Cum vero huiusmodi subiectionis pactum variis limitibus salua sua natura circumscribi queat; potuisset etiam ista ciuitas ius belli, quod sibi antea competiit, vel in posterum quoque sibi reseruare vel id in communem transferre imperantem. Si illud, nemo dubitabit quin ea, cuius superiore §. mentionem iniicimus, lite exorta iure belli contra eam, qui subiectionis vinculum sibi legitime impositum ferre recusat, iuste vtatur. Sed quid si iure belli non amplius gaudeat, sed eius exercitum ei, qui isti ciuitatum systemati praest, principi demandauerit? Num huius erit officium violata subditi sui iura tueri reumque, de quo loquimur, illatis armis ad obsequium illi praestandum reuocare, adeo vt in hoc nullae omnino sint eius, de cuius iuribus agitur, ciuitatis vel principis partes? Quod merito negandum puto.

Princeps enim, qui se illi, quod modo diximus, ciuitatum tertio cuidam se subicientium foederi iungit, non aliter id facere censendus est, quam saluo, quod inter ipsum eiusque subditos intercedit, mutiuorum iurium obligationumque vinculo. Tutelam harum obligationum iuriumque summo imperanti potest committere, concedere ei ius curandi prouidendique, ne durius ipse cum subditis agat, quam pacta inter utrosque inita admittant: at ipsa illa iura, quibus ex subie-

C

ctio-

Etionis pacto cum subditis contracto gaudet, et sine quibus
 ciuitas non intelligitur, salua semper et intacta volet seruare.
 Faciamus vero eam ius belli quoque in summum, cui se tra-
 didit, imperantem transfuisse. Iam oppidum in istius prin-
 cipis ditione situm sese obsequio principi suo praestando fa-
 ventibus temporibus sensim sensimque subtrahit tandemque se
 eius imperio plane exemptum praedicat. Quod animaduer-
 tens princeps oppidanos hosce vi armisque in ordinem redi-
 gere et ad debitam obedientiam reuocare studet: de cuius re-
 medii iustitia quid statuendum sit videamus. Aegre istum
 agendi modum fert summus, cui princeps pareat, imperans,
 illum iure belli sese abdicasse nec ideo id amplius exercere
 posse dicens. Huic: Concedo, refert princeps, me subiectionis
 pactum tecum ineuntem iuri belli renunciaisse: at totum istud
 pactum, cuius illa renunciatio efficit particulam, ea lege con-
 traxi, vt salua et integra manerent, quae in subditos meos
 mihi competunt, iura. Tradidi me tibi, me meosque sub-
 ditos, sed hos ita, vt manerent mei subditi: qui vtrum sint
 necne? tuum non est iudicare, quum illud, quod te et me
 met intercedit, pactum omnem istam quaestionem intactam
 reliquerit. Quantum ad illos quidem attinet; quum quaeri-
 tur, vtrum mei subditi sint nec ne? eadem adhuc, qua
 priusquam tibi me traderem, gaudeo libertate, ideoque
 haud alio quam gentium iure iudicandus sum. Si dimidiam
 subditorum meorum partem subiectionis, quo mihi obstricti
 sunt, vinculo plane liberare placeret, tuum non est voluntati
 meae limites ponere. Immo si subditis meis ad vnum omni-
 bus libertatem naturalem reddere, meque eorum imperio,
 dummodo ipsi consentiant, abdicare velim, nec tum habes
 quod conueraris. Quum enim tibi me meosque subiicerem,
 omnis nostra conuentio hac nitebatur hypothesi: Esse mihi
 quibus imperem: quibus simul ag imperare desierim, quo-
 cum-

cumque demum id fiat modo, collapsio fundamenti, corrui, quod ei impositum erat, pactum. Si contra ea quendam, qui quidem se meum subditum esse negat, quem ego vero talem esse praedico; ad eam, quam mihi debet, obedientiam quovis modo reuocare studeo, nec tum tua res agitur.

At quid si reus ad iuris belli translationem in actoris superiorem factam prouocans sibi ab actore bellum nullo iure^{s)} inferri conqueratur? Non audiendus erit, quum de iure tertii excipiat; immo eodem res redeat, vtrum actor ius suum ipse an per alium, eum nempe, cui parer, principem persequatur.

Quamquam vero actori proprio ausu reum ad obedientiam reuocare liceat; tamen, qui ipsi imperat, principi vt opem actori ferat, vi pacti quod inter vtrumque intercedit illumque ad huius tutelam defensionemque obligat, incumbere existimo.

Superest vt alteri, quod moueri hic posset, dubio occurramus. Quum vtramque de subiectione inter se dissidentium partem superiori cuidam parere sumserimus, largiti vero simus §. 7. eas, quae inter diuersarum prouinciarum ciues oriuntur, controuersias non vi, sed iudicio dirimendas esse, ista quoque de subiectione lis coram ordinario rei iudice peragenda posset videri. At illud iuris gentium voluntarii principium, quod eum, cui cum peregrino lis est, ad huius iudicem competentem ablegat, hac nititur hypothesi, eum vnde petitur esse istius iudicis iurisdictioni vere subiectum. Quum vero hoc ipsum sit, de quo iam disceptetur, istius principii hoc loco vsum esse nullum facile intelligitur.

C 2

§. 12.

s) Non de iure ipso et de belli ipsius, sed de remedii tantum iustitia quaerimus. vid. §. 5.



§. 12. *om. iud. bi. in. iud. sup. p. r. o.*

Transit oratio ad quaestionem in rubro libelli indicatam.

Tandem post sat longam nec tamen minus, vt puto, necessariam ambagem ad eam, cui libellus hicce destinatus est, quaestionem peruenimus. Postquam enim eum, qui alterum sibi subiectum esse praedicat, bello iuris sui persequendi causa iuste vti demonstrauimus, siue vterque, ex sua nempe quisque opinione, tempore motae litis libertate naturali gaudeat, (§. 6—8.) siue alteruter (§. 9.) siue demum vterque (§. 10. II.) superiori cuidam, quanquam alius alii, pareant: de ea iam agamus specie, vbi vterque litigans tempore litis exortae vni eidemque superiori v. c. Imperio R. G. subiecti sunt.

Quid vero hac de re statuendum sit, magis perspicue enunciari posse arbitror, si exemplum huiusmodi contentions inter bina I. R. G. membra ventilatae, quod nostra viderunt tempora nuperque in omnium ore fuit, in medium adferam, litem nimirum a Bohemiae regno circa superioritatem territorialem Zedwiziis motam: cuius historiam breuiter praemittere haud alienum erit.

§. 13. *om. iud. bi. in. iud. sup. p. r. o.*

Litis Bohemico-Zedwizensis historia breuiter enarratur.

Oppidulum est, *Aisch* dictum, in Franconiae, Bohemiae et Saxoniae confinio situm, quod cum octodecim circiter, quibus circumdatum est, pagis nobilis Zedwiziorum familia a seculis inde possidet, ita tamen vt Bohemiae regno fide vasallitica sint obstricti. Quanquam vero de clientelari Zedwiziorum vinculo neutra ex parte vquam disceptatum fuerit; tamen Zedwizii Bohe-

Bohemiae iura superioritatis territorialis in se vlla competere quouis tempore occasione data constantissime negarunt, se quippe nobiles I. immediatos, licet nobilitatis immediatae collegio haud adscriptos, praedicantes. Neque tamen minus anno iam seculi decimi septimi quadragesimo, deinde nostri trigesimo sexto, quadragesimo sexto et pluries reges Bohemiae se oppidulum Asch cum annexis in territorio circuli Egrani ideoque Bohemico situm, Zedtwizios igitur Landfisciatui Bohemico obnoxios existimare, at non nisi obiter et sic vt rem altioris indaginis esse significarent, declarauerunt. Sollemniter vero Zedtwizius quaestio status mota anno huius seculi sexagesimo quarto, quo fisci Bohemici procurator eos coram Pragensi, quae de prouocationibus iudicat, curia conditione ob causam dati conueniens petiit, vt propter violata superioritatis territorialis, quibus Bohemiae tenerentur, iura vsurpataeque immediatam feudis a Bohemia dependentibus priuarentur. Verum haud peractum fuit, quod Zedtwizius intendebatur, iudicium. Hoc potius omisso suprema regni Bohemici collegia superioritatis territorialis iura contra Zedtwizios in rebus tum sacris tum profanis vi armisque vsurpare coeperunt. ^{t)}

C 3

§. 14.

t) Excerpti haec ex PVETTERI unparteyischen rechtlichen Bedenken über die zwischen der Krone Böhmens und den Herren von Zedtwitz wegen Mittelbarkeit oder Unmittelbarkeit der Herrschaft Asch obwaltende Streizigkeit. §. 163. sqq. In dessen auserlesenen Rechtsfällen T. II. P. 4. Resp. I. pag. 329. sqq. Scriptorum, quae circa hanc causam ex utraque parte edita sunt, indicem vid. ibid. §. 4. Adde: Weisre Ausführung des im Jahre 1767. herauskommenen aus-

sührlichen und gründlichen Unterrichts von der der Krone Böhmen über die von Zedtwitz zu Neuberg und Asch auch deren Gerichte Asch und dazu gehörige Ortschaften unstrittig zustehenden Landshoheit, worinne beflagter Unterricht gegen die in der sogenannten respectlosen Beantwortung fälschlich und obgründlich gemachten Vorwürfe aus klaren Urkunden gerechtfertigt wird. Wien, 1772. fol. Cf. MOSERS Reichstaatsbandbuch P. I. p. 254. P. II. p. 188.



§. 14.

Respondetur ad quaestionem in rubro propositam 1) ex iuris naturalis regulis.

Oritur iam quaestio, num iuste Bohemia superioritatis territorialis iurium contra Zedtwizios persequendorum causa violentia fuerit usa? Bipartita autem erit huius quaestionis tractatio. Primum enim quid naturali iuri conueniat, deinde num quid legibus I. R. G. hac de re cautum sit videamus.

Si hanc speciem cum ea, quae §. 10. 11. tractata est, comparaueris, non nisi in eo differt, quod ii, inter quos lis vertitur, non diuersam sed vnum eundemque agnoscant superiorum, Imperatorem nimirum et Imperium. Reges enim Bohemiae summorum I. iudiciorum iurisdictioni subesse post eorum in collegium Electorale readmissionem 20. 1708. factam omni dubio videtur carere; immo ipsi se illam agnoscere haud obscure significarunt.^{u)} Quum vero supra §. 7. dixerimus ex pacti socialis, quale vel inter singulos vel inter ciuitates vtplurimum solet iniri, natura vnus eiusdemque ciuitatis subditis incumbere, vt de mutuis iuribus obligationibusque coram communis, cui vterque parent, principis iudicis certent, etiam in proposita specie ita statuendum videtur. Sicut itaque Gallo iura contra Gallum quaesita persecuturo suae nationis adeunda sunt iudicia, ita quoque Zedtwizii, tamquam Germani, a regina Bohemiae, eiusdem Germaniae membro, coram summis I. iudiciis videntur fuisse conueniendi. Sed num recte hic istud principium possit applicari accuratius inquiramus,

Iani

^{u)} vid. MOSER von Teutschland niglied böhmischen Unterrichts von den und dessen Staatsverfassung überhaupt. der Krone Böhmen über die von Zedtwiz zustehenden landesherrlichen Ge- und gründliche Beantwortung des ko- rechsamen. cet. 1767. p. 131.

Iam vero nihil quidem hic interesse fateor, vtrum de priuato priuatum conueniente an de ciuitate contra ciuitatem iura sua persecutura sermo sit, dummodo, sicut vterque priuatus, ita quoque vtraque ciuitas vni eidemque pareat superiori. Itaque principi Germaniae, cui nobilis eiusdem I. immediatus ad quidquam praestandum obligatus est, Viennae vel Wezlariae experiundum esse certissimum est. Sed quum quamuis obligationem vel a lege immediate, vt aiunt, imponi vel eius, qui obligatus dicitur, facto effici constet; de fundamento obligationis, qua princeps I. R. G. eiusdem I. nobilem immediatum coram iudiciis I. conuenire tenetur, age videamus. Leges naturales absolutas, quibus ista nitatur obligatio, nullas esse, nemo erit qui dubitet. Ex facto potius, nimirum ex vnionis subiectionisque pacto cum Imperio R. G. iniro erit deriuanda. Princeps enim, quem actoris partes tenere facimus, dum Imperatori Imperioque sese subiecit, potestati quoque Imperatoris et Imperii iudiciariae, quam partem esse pacti de subiectione initi sumimus, subscripsit voluitque, vt exorta inter ipsum eosque, qui idem cum Imperio pactum contraxerunt, controuersia, hanc non armis dirimat, sed iudiciis I. proponat eorumque submittat arbitrio.

§. 15.

De pacto vnionis et subiectionis, quo membra I. R. G. colligantur, obiter pauca monentur.

Neque omnia quidem I. R. G. membra vno eodemque tempore neque difertis singula verbis et sollempni quasi stipulatione illud subiectionis pactum iniisse historia docet: Vniuersa potius Germania inde a Caroli M. temporibus vni Imperatori paruit, Ducibus Comitibusque ministrorum potius et admi-

administratoꝝ vice fungentibus, donec circa seculum decimum tertium fauente inprimis re clientelari superioritas territorialis succreuerit, ideoque Germania, in qua antea vnus tantum erat qui regnaret, in plures ciuitates, inter se tamen coniunctas et Imperatori subiectas, sensim sensimque diuisa, itaque mira illa πολυκοιρανία, qua nostra Germania hodie regitur dicam an opprimitur? enata fuerit. ^{w)} Neque tamen minus pacto, si non diserto, tacito tamen opus fuit, quod niteretur, quod Imperatorem et I. membra intercedit, vinculum, et ex quo mutua inter haec et illum iura obligationesque deriuari possent et explicari. Sed reuertamur vnde digressi sumus.

§. 16.

Reuertitur oratio ad tractationem §. 14. inceptam.

Quotiescunque igitur princeps noster ius quoddam contra alium compaciscentem armata manu persequi voluerit, iure ei obicitur illud subiectionis pactum, quo litigii decisionem I. iudiciis tenetur committere. At quum pacta non nisi inter pacificentes vim suam possint exserere, eam, qui actorem hac quasi exceptione repellere et ad I. iudicia ablegare cupit, fuisse inter eos necesse est, qui istius de vnione et subiectione pacti participes facti sunt. In hoc enim omne positum est obligationis, quam actori incumbere reus praedicat, fundamentum. De hoc igitur inter ipsos litigantes oportet constare. Sin secus, actori obligatio iniuste imponitur, cuius ipse negat fundamentum. Noua igitur circa ipsum obligationis fundamentum lis exoritur. Quaeritur nempe, vtrum reus sit membrum I. immediatum, ideoque actor ex eo, quod

^{w)} cf. RÜTTERS *Bevträge zum teutschen Staats- und Fürstenrecht.*
T. I. p. 29.

saepius allegauimus, subiectionis pacto reum coram iudiciis I. conuenire teneatur nec ne? Quis hic iudicet? Imperii, inquis, iudicia. At horum de se iurisdictionem princeps noster, tamquam actor,* non agnoscit, neque agnoscere tenetur, nisi contra aequae immediatum I. membrum. Tale vero reum esse, hoc ipsum est quod actor pernegat. En circulum! Quotiescunque igitur princeps I. ius quoddam contra eum persequitur, quem immediatum I. ciuem esse negat, nullo iure ab eo exigi potest, ut causam I. iudicii proponat eorumque subiciat arbitrio. Iam quando Bohemia Zedtwizius circa superioritatem territorialem litem mouet, facile patet illam horum immedietatem omnino negare, quum ipsum hoc sit, de quo litigetur. Quare Bohemiam hac in causa ad I. iudicia remitti haud posse arbitror. Zedtwizios vero coram Bohemicis iudiciis de superioritate territoriali conueniri non magis potuisse, ex iis patet, quae supra §. 7. et 8. exposui noloque hic repetere, argumentis. Quae quum ita sint, ex iuris connati principis Bohemiae contra Zedtwizios, deficiente iudice, haud aliud superest iuris sui persequendi remedium, quam idem quod in specie proxime superiore §. 10. actori competere demonstrauius, uolentia nempe siue bellum.

§. 17.

Ad quaestionem in fronte libelli indicatam respondetur 2) ex iuris publici I. R. G. principis.

Licet naturali iure statibus I. libertatem eos, quos sibi subiectos praedicant, vi armisque ad obedientiam reuocandi

* Quando enim rei vicibus fungitur, etiam a membro I. mediato, peregrino coram I. iudiciis poterit conueniri.

candi competere demonstratum existimen, tamen de eo adhuc quaerendum est, vtrum legibus I. hac de re quidquam cautum istius libertati detractum sit.

At cui hic non succurrant sanctiones de pace publica inde ab anno 1495. toties in Germania promulgatae et repetitae, quibus omnibus, quot quot Germaniam colunt, cuiuscunque sint conditionis dignitatisue, iura sua propria auctoritate et vi armata persequi seuerissime sub banni poena mulctaque 2000 marcarum auri interdictum fuit? Nonnulla tantum adferam loca. Ita pace publica Wormatiensi de ao. 1495. cautum: *Darumb haben wir durch daz heilig Reych vnd teutsche Nation eyn gemeinen Frid fürgenommen, aufgericht, geordnet vnd gemacht, richten auf, orden vnd machen den auch in vnd mit Kraft disz Briffz: Also dasz von Zeyt dieser Verkündigung niemands, von was Würden, Standts oder Wesens der sey, den andern bevehden, bekriegen, berauben, vahn, überziehen, belegern — solle. Deinde pace publica a Carolo V. in comitiis Augustanis ao. 1548. repetita. §. I. dasz von Zeit dieser Verkündigung niemands wes Würden, Stands oder Wesens der sey, um keimerley Ursachen willen, wie die Namen haben möchten, auch in was gesuchten Schein das geschehe, den andern bevehden, bekriegen, berauben, fahn, überziehen — soll. Tandem I. P. O. art. XVII. §. 7. — Nulli omnino statuum Imperii liceat ius suum vi vel armis persequi, sed si quid controuersiae suae iam exortum fuerit suae posthac inciderit, vnusquisque iure experietur, sicus faciens reus sit fractae pacis. Post has leges de abolendis inter membra I. R. G. bellis tam generatim latas, vt omnino nulli locus videatur exceptioni, quis fieri posse existimet, vt status I. contra eiusdem Imperii ciuem bello iuste vratur? Antea tamen quam suffragia hac de re feramus, de pacis publicae historia et origine paucis videre operae pretium erit.*

Continuatio.

Bella priuata, quae *diffidationum* nomine medio aeuo Germaniam lacerabant, paci publicae perpetuae condendae ansam praebuisse inter omnes constar. Maximilianus I. vero statibus I. iuris sui persequendi remedio, quo antea gaudebant, interdicens vt aliud, quo in posterum vterentur, substitueret necesse erat: quod sapientissime fecit eadem, qua pax publica promulgata fuit, die VII. Augusti cameram imperialem, quae in Germania ius diceret, constitutam publice declarans, ordinemque, quem augustissimum hoc collegium iudicando sequeretur, promulgans. Vnde facile intelligitur Maximilianum hoc egisse, vt camera imperialis surrogaretur quasi in locum iuris manuarii, quod et ipse declarat in ordinationis camerale de ao. 1495. prooemio. *Wir haben aus beweglichen Ursachen einen gemeinen Landfrieden durch das heilig Römisch Reich und teutsche Nation aufgericht und zu halten geboten. Und nachdem derselb ohn redlich, ehrbar, und fürderlich Recht schwerlich im Wesen bestehen mag, darumb auch gemeinen Nutz zu fördern, und zu Notturft ewer aller Unser und des heiligen Reichs Cammergericht, mit zeitigem Rath ewer der Churfürsten, Fürsten, und gemeinen Versammlung auf unserm und des Reichstag zu Wormbs aufzurichten und zu halten fürgenommen, und geordnet, in Form uud Maafs, als hernach folgt cet.* Itaque certum videtur, hanc Maximiliani fuisse mentem, vt iis in caussis, quae iuxta ordinationem cameralem coram camera essent disceptandae, cessaret deinceps *αὐτοδυνα* iurisque manuarii licentia. Verum neque omnes omnino controuersias inter quaeuis I. membra vel mediata vel immediata exortas a camera decidi Imperator voluit, neque eas, quas ab ea dirimi veller, vna eademque ratione eius iurisdictioni voluit sub-

ii. Alias enim causas camerae cognitioni statim ex quo disceptari coepissent subesse, alias prouocationibus demum ad eam deuolui placuit. De his loquitur §. 9. et 20. quanquam obiter tantum; de illis vero clarius exponit §. 12. vbi, quae-
nam causas ad cameram, tamquam primae instantiae forum, pertineant, sancit his verbis: *Item das Cammergericht soll in der ersten Instanz oder Rechtsfertigung auf niemandes Klag oder Ansuchen Ladung erkennen oder geben gegen diejenigen, die unser königlichen oder Kayserlichen maiestät und dem Reich nicht ohn Mittel unterworfen sind und ¹⁾ doch sonst ihren ordentlichen Richter haben. Es were dann Sach dasz er vor denselben ordentlichen Untergerichten Recht ersucht und von ihnen das kündlich versagt oder mit Gefehrd verzogen were. Und ob jemandts solche Ladung oder Citation erlangt, soll mit allem Handel darauf gesolgt Nulla vmd unkräftig seyn.* Quod totidem fere verbis repetitum in Ordinatione Camerali de ao. 1548. P. II. Tit. I. §. 2. Inde apparet tum cameram tum consilium imperiale aulicum, a quo ordinationem cameralem non minus obseruandam esse constat,²⁾ in prima, vt aiunt, instantia, si querelam denegatae protractaeue iustitiae aliasque causas priuilegiarias³⁾ exceperis, neque de iis iudicare, qui Imperatori Imperioque immediate non subsunt, neque de immediatis adeo, qui Austraeagarum iure gaudent. Hi enim sunt, *die sonst ihren ordentlichen Richter haben.* Vi contrariorum itaque sequitur, iudiciorum I. iurisdictionem in prima instantia in regula non nisi in eos fundatam esse, qui et Imperio im-

¹⁾ h. e. oder. Particulas enim copulatiuam und et disiunctiuam oder eo, qui istis temporibus frequentatur, loquendi vsu promiscue dici constat.

²⁾ vid. Ord. Ind. Imp. Aul. Tit.

II. §. 8. I. P. O. Art. V. §. 54. Cap. Caes. Art. 24. §. 8.

a) v. c. spoli qualificati, fractae pacis publicae, litigiosae possessionis, arresti, l. un. C. quando Imperator inter pupillos. et.

diatē subsunt et Austragis non gaudent: quod et diserte cautum in *Ord. Cam. de ao. 1555. P. II. Tit. 27.* *Weiter setzen, ordnen und wollen wir, dass alle und jede Personen und Sachen, die der Kayserlichen Jurisdiction ohne Mittel unterworfen, und durch sondere Austrag dieser Ordnung, oder andrer Privilegien, Freyheiten, gewillkührte, und rechtmüssige Gewohnheiten, nit ausgenommen sind, an dem Kayserlichen Kammergericht fürgenommen und gerechtfertiget werden sollen.* cf. *Conc. O. C. P. II. Tit. 30.* Vt itaque Zedtwizios coram iudiciis I. conueniendos esse dici possit, eos et immediatos esse et Austragis non gaudere oportet constare. At quando de ipso hoc, vtrum Zedtwizii immediati sint nec ne, lis mouetur, deficit illud, quo iudiciorum I. iurisdictioni nitur, fundamentum. Quare nec Bohemiae, vt contra Zedtwizios de superioritate territoriali Vienna Wezlariaeue experiretur, potuit incumbere. Sed quum a legibus I. vt ius suum iudicio persequeretur, nullibi sancitum fuerit, ipsi, vt propriae auctoritatis remedio vteretur, omnino licuisse existimauerim; non obstante pace publica, quae, vt modo demonstratum dedimus, bella in Germania eatenus tantum sustulisse censenda est, quoad aliud, quod in belli locum succederet, remedium fuit propositum. Aliam vero legem, qua status I. tum quoque, cum circa ipsam immediatatem seu superioritatem territorialem inter ipsos et aliud I. membrum lis oritur, iudiciorum I. iurisdictioni se submittere teneantur, ego quidem ignoro.

§. 19.
C o n t i n u a t i o.

Neque haec iura sua propria auctoritate persequendi potestas a formae, qua I. R. G. regitur, indole abhorrere existimanda est. Varias enim in iure publico nostro obue-

niunt species, vbi statibus I. *αὐτοδυνα* difertis adeo legibus concessa ac stabilita est. Sic contra eos, qui ius vectigalia exigendi amplius, quam par est, extendunt, sibi proprio ausu quouis modo auxilium quaerere permittit *Cap. Caes. art. VIII. §. 16.* *Und soll einem jeden Churfürsten, Fürsten und Stand, die freye Reichsritterschaft mit begriffen, erlaubt seyn sich und die Seinigen solcher Beschwerden selbst, so gut er kann, zu erledigen und zu befreyn.* Quod quoad vectigalia, quae quis vel ipse sibi nouiter arrogat, vel etiam ab Imperatore, sed sine legitima sollemnitate, concessa sunt, totidem fere verbis repetitur cit. art. §. 20. Exemplum illustrius adhuc suppeditat nobis ille P. O. locus art. XVII. §. 6. quem sacram eorum, qui Euangelicam in Germania religionem colunt, anchoram haud immerito dixeris. Ibi enim postquam ii, quorum iura contra pacis praeceptum laesa fuerunt, vt vel amicam tentent transactionem vel in iure experiantur, §. 5. admoniti fuerunt; grauissime sancitur a paciscentibus, vt, *si neutro horum modorum intra spacium trium annorum terminetur controuersia, teneantur omnes et singuli huius transactionis consortes iunctis cum parte laesa consiliis viribusque arma sumere ad repellendam iniuriam a passo moniti, quod nec amicitiae nec iuris via locum inuenerit: vbi laesis ius vi armisque contra laedentes vtendi non modo concessum, verum etiam pacis W. confortibus obligatio adeo, vt laeso aequae armata manu succurrant, imposita est.* Nec defunt exempla, vbi confugerunt ad hunc P. O. locum Euangelici. Vnum haud incelebre, quod circa annum 1750. in familia Hohenlohica obuenerit, commemorare sufficiat: de quo vid. MOSER *von der teutschen Religionsverfassung.* Lib. I. Cap. 16. pag. 269.

Sicut igitur iis, quas modo recensui, speciebus leges, quibus Germania regitur, publicae statibus I. potestatem iura sua propria auctoritate persequendi difertis verbis tribuunt;

buunt; ita idem tum tacite concessum videtur, quando de iis quaeritur iuribus, quorum in iudicio persequendorum remedium legibus nostris proditum haud inuenimus.

§. 20.

Pergit oratio ad argumenta contraria e PVETTERO afferenda.

Primum de Cap. Caes. art. XV. §. 8.

Sufficere quidem haec poterant ei, quod mihi hocce schēdiasma exaranti propositum erat, consilio suppeditandi quaedam, de quibus cum viris doctis sermones publice possent misceri. Verum cum ill. PVETTERVS eundem, cuius ego iam illustrandi periculum feci, iuris publici locum responsi, quod de lite Bohemico — Zedtwizensi in lucem emisit, quodque supra §. 13. t) excitavi, §. 338. *sqq.* b) ita pertractauerit, vt Zedtwizios a regno Bohemico coram supremis I. iudiciis conueniendos fuisse statueret, coronidis loco argumentorum a viro illustri propositorum summam ipsius verbis referre, quaeque meae sententiae partim stabiliendae partim illustrandae inseruire existimem, paucis subiungere liceat.

Bohemia ad demonstrandam remedii, quo contra Zedtwizios vsa fuit, iustitiam prouocauit c) inprimis ad Capit. Caes. art. XV. §. 8. vbi statibus I. *permissum sich nach der Verordnung derer Reichsconstitutionen bey ihren hergebrachten und habenden Landesfürstlichen und Herrlichen Iuribus selbstem und mit Assistenz derer benachbarten Stände wider ihre Unterthanen zu manuteniren und sie zum Gehorsam zu bringen.* Qua de re ita PVETTERVS laudati responsi §. 338. — 341. *Es kommt in diesem*

b) cf. EIVSDEM *Institutiones iuris publ.* edit. III. §. 522.

c) vid. *Ausführlich und gründlicher Unterricht von denen der Krone Böh-*

men über die von Zedtwitz — unstreitig zustehenden landesberrlicheu Ge- rechtsamen. cet. Wien 1767. p. 121.

diesem Betrachte zu förderst alles darauf an: ob und wie weit von dieser Stelle der kaysertlichen Wahlcapitulation und von der darin geordneten Selbsthilfe hier mit Recht Gebrauch gemacht werden könne? Nun ist allerdings an dem, daß Unterthanen, wie sie überhaupt von wegen der höchsten Gewalt zu Leistung ihrer Obliegenheiten gegen jedermann angehalten werden können, so auch eben diesem Zwange der höchsten Gewalt unterworfen sind, wenn es um ihre Obliegenheiten gegen die Landesherrschaft selbst gilt — In diesen Fällen kann eine jede landesherrliche Obrigkeit wider ihre Unterthanen die der höchsten Gewalt überhaupt zukommenden Zwangsmittel gebrauchen — Alles dieses hat selbst in dem allgemeinen Staatsrechte sowohl als in der übereinstimmenden Praxi aller Völker und Staaten seinen guten Grund. Und wie überhaupt die meisten Rechte der höchsten Gewalt schon vorlängst auch der Landeshoheit der teutschen Reichsstände zu Theil geworden sind, so hat also in der That jene Stelle der kaysertlichen Wahlcapitulation nur das ausdrücklich bevestiget, was schon zuvor im Herkommen und in der Analogie unsrer teutschen Reichsverfassung gegründet war. Es verstand sich aber auch von selbst, daß eben die Grenzen, welche selbst die Natur der Sache und sowohl das allgemeine Staatsrecht, als die übereinstimmende Praxis freyer Staaten an die Hand giebt, auch in Bestimmung dieses Theils der teutschen reichständischen Landeshoheit nicht ausser Acht gelassen werden konnten. In allem möglichen Betrachte ist hier vor allen Dingen in jedem Falle als bekannt und unbestritten voraus zu setzen, daß derjenige, den eine Landesobrigkeit mit Zwangsmitteln zum Gehorsam bringen will, ein wirklicher Unterthan in diesem Lande sey, und daß nicht etwa diese Frage selbst: ob er ein Unterthan sey? annoch auf Widerspruch beruhe. So bald dieses ist, so fehlet es noch an dem ersten Grunde, der selbst nach den allgemeinsten Grundsätzen des Staatsrechts dazu erfordert wird, um erst das Recht der höchsten Gewalt über diesen Unterthan zu begründen, ohne welches derselben

selben ohnmöglich schon das Recht zugestanden werden kann, ihn als einen Unterthanen zu behandeln, es sey nun, das man dessen Widerspruchs ohngeachtet es schon für bekannt annehmen wolle, das er doch ein Unterthan sey, oder das der Staat, der dieses behauptet, aus eigener Gerichtbarkeit darüber erkennen lassen wolle.

§. 21.

C o n t i n u a t i o .

Quod quidem ad cit. §. 8. art. XV. Capit. Caes. attinet, haud dubium videtur, eam ad istam imprimis speciem spectare, quum quis se subditum quidem esse haud negat, at tamen siue se in posterum subiectionis pacto iusta ex causa plane non amplius teneri adferit, siue hoc tantum illudue principi suo praestare recusat. (§. 5.) Satis enim hoc primum demonstrant verba: *bey ihren hergebrachten und habenden Landesfürstlichen und Herrlichen Juribus.*^{d)} Idem deinde clarius arguunt eae, quas Capitulatio verbis: *nach der Verordnung derer Reichsconstitutionen innuit, leges I. publicae.* Respicitur enim primum ad R. I. de ao. 1525. §. 2.^{e)} ibi: *Dazzu sollen sich alle Churfürsten, Fürsten und Stände mittlerzeit in ihren Fürstenthumen, Oberkeiten und Gebieten aufs stärkste mit guter Rüstung, Verfehung und Verwahrung halten, ob sich einige Empoerung, Aufstand und Ungehorsame von den Unterthanen gegen ihre Oberkeiten erregen und zutragen wollt, damit sie und ein ieglicher derselben förderlich im Anfang ohn Weiterung und Versammlung der Ungehorsamen statthlichen Widerstand und Gegenwehr*

d) cf. MOSERS Betrachtungen
über die Wahlcapitulation Josephs 2.
T. II. p. 163.

e) vid. MOSER. cit. I.

wehr thun und gebrauchen mögen, auch sich sonst in andre Weg dem kaysertlichen und des Reichs Landfrieden gleichmässig halten und erzeigen. So das also, wie obgemelt, beschicht, des wir zu Gott und seiner Allmächtigkeit verhoffen, wird ohn Zweifel alle Empörung, Aufruhr und Ungehorsame verhütet und genugsamlich fürkommen werden. Deinde ad R. I. de ao. 1526. §. 9. vbi: Darauf so haben wir uns, sampt Churfürsten, Fürsten, Prälaten, Grafen und Ständen, kaysertlicher Maiestät zu vnterthäniger Gehorsame vereiniget und verglichen, wo über obgemelt erzeigte Gnad und Miltigkeit einiger Oberkeit Unterthanen, Geistlichen oder Weltlichen Stands, ferner zusammen lausen, wiederumb Aufruhr und Empörung erwecken, alsdann sollen die nächst anstossenden Churfürsten, Fürsten, Grafen und andre Oberkeit, darinn die Aufruhr entstanden, ansuchen, von stund und angesicht auch zum eylendsten, zu Ross und Fuß auf seyn, zu ziehen und helfen retten. Und wo derselben Hülf, so also ersucht zu der entstandenen Aufruhr zu schwach were, alsdenn sollen die andre nechstgeseffene Churfürsten, Fürsten und Stände auf Erfordern, wie obsteht, gleicherweis, zum stärcksten ihnen möglich, auch zu ziehen, die ungehorsamen Aufrührigen wiederumb zu stillen, in Gehorsam zu bringen, und der Gebühr zu strafen, und uns alle einer gegen dem andern hierinn nichts anders erzeigen und halten, als ob sich solche Aufruhr und Empörung in unser jeder eygen Fürstenthumb, Herrschaften und Gebiet begeben und zugetragen hett; und inmassen ein jeder von dem andern gern gethan haben und nemmen wollt. Quod totidem verbis repetitum R. I. de ao. 1530. §. 30. f) Ex his vero, quae modo recensui, locis satis apparet sermonem non esse de iis qui, sicut Zedtwizii, se vniquam subditos fuisse plane negant, verum de his, qui se subditos quidem fuisse concedunt, sed superioritatis territorialis vinculum amplius ferre aut

f) cf. R. I. de ao. 1512. tit. III. §. 15. Capit. CAROLI V. art. 6.

aut saltem superiori suo omnia, quaecunque ab iis exigat, praestare recusant. De quo eo minus dubitandum, si ad legum istarum historiam respexeris. Initio enim seculi decimi sexti multum negotii principibus Germanicis facelebant turbae a rusticis Thoma Münzero duce et antesignano excitatae. His iunctis viribus sese opponere consultum putabant Germaniae principes, quare in comitiis, quae tum temporis celebrabantur, hac de re sollicitè actum est, quomodo rebelles isti ad obedientiam reuocandi sint, sancitum fuit.^{f)} Atque haec vera fuit istarum legum origo. Verum seditiosi isti, ut inter omnes constat et perspicue docet illorum temporum historia, se principibus subiectionis vinculo obstrictos fuisse nequaquam negarunt id modo agentes, ut certis tributis aliisque liberarentur oneribus. Eam, quam modo demonstravimus, esse *Capit. Caes.* 1. cit. mentem itidem perspicue docet laudati loci historia a MOSERO in *Capitulatione Caroli VII. mit Beylagen und Anmerkungen versehen* T. II. p. 438. *sqq.* enarrata et ex monumentis illustrata publicis.

§. 22.

Virum Bohemia laudatum Capit. Caes. locum contra Zedtwizios recte allegaverit?

Quamquam vero insigne intercedat discrimen inter eos, qui se umquam subditos fuisse negant, de quibus nobis iam sermo est, (§. 5.) et eos, qui vel subiectionis pacto, quod se iniisse concedunt, se haud amplius teneri, vel certe sibi quoad unam alteramve imperii civilis partem a principe iniuriam fieri praedicant; tamen Bohemiam laudatum *Capit. Caes. locum* haud nullo iure pro se allegasse existimaverim.

E 2

Respe-

f) cf. HENNIGES ad I. P. art. VIII. §. 2. g) Sp. VII. p. 900.

Respectu enim Bohemiae plane idem est, siue Zedtwizii se nunquam Bohemiae subditos fuisse, siue fuisse quidem dicant, sed in posterum ab hac subiectione iusta ex causa se liberandos esse praedicent. Vtrumcunque enim praeseferant se ferant Zedtwizii, Bohemia sibi superioritatis territorialis iura rite acquisita in eos comperere, haec igitur ad illa, quae *habende und hergebrachte Landesfürstliche Iura* vocat Capitulatio, referenda esse contendit. Dicant Zedtwizii se quidem subiectionis pactum cum Bohemia contraxisse, at quum haec isti pacto non fereant siue insolita et iusto grauiora iis onera imposuerit, nec ipsos amplius hoc pacto teneri. Negat Bohemia se subiectionis pactum vlllo modo violasse aut in exigendis praestationibus iniuriam intulisse Zedtwiziis. Quae in eos exerceat iura iuste acquisita, ideoque art. XV. §. 8. *Cap. Caes.* sibi scriptam esse ait. Dicant Zedtwizii se cum Bohemia nunquam eo, ut ipsi parent, conuenisse. Omnino hoc factum esse refert Bohemia, et ex hoc pacto superioritatis territorialis iura in Zedtwizios acquisita. Haec iura sese vario modo exercuisse ideoque inter ea, quae *hergebrachte und habende iura* in Capitulatione audiunt, merito esse referenda. Vtrinque igitur Bohemia superioritatis territorialis iura legitime acquisita allegat, eaque contra Zedtwizios propria auctoritate persequi sibi iuxta Capitulationem permissum esse haud immerito contendit. §)

§. 23.

g) Atque haec notanda quoque videntur ad G. L. BOEHEMERI *diff. Princeps S. R. I. ius suum vi et armis tuens* §. XVII. in *Electis iuris civilis* Tom. II. pag. 303. vbi: — *Illam ipsam verba capitulationis, (Art. XV. §. 8.) ait, — requirunt, ut ipsa iura hergebracht seyn, und er sie habe: Stimmunt itaque, ut sint liquida, quod si*

negant non sine magna iniustitia verisimilitudine subditi, res redit ad ordinarium iudicem. Nonne enim praevindendum, Bohemiam, ut nostro exemplo viar, iura sua inter LIQVIDA relaturam ideoque ad locum illum Capitulationis non minus prouocaturam? Quis vero, vtrum iura illa liquida sint nec ne, definiat, quis super

§. 23.


Num iuris publici vniuersalis in decidenda hac controuersia usus sit, disquiritur.

PVETTERVS eo, quem supra §. 20. excerpti, loco hanc tenere videtur opinionem, Bohemiam ex iuris publici vniuersalis principiis *avrodiniam* sibi contra Zedtwizios licitam existimasse, ideoque tamquam imperantem ea fuisse usam. Ego vero, quod pace summi viri, mihi praeceptoris quoque nomine aeternum venerandi, dictum sit, Bohemiam contra Zedtwizios vi usam non tamquam imperantem, sed tamquam gentem hoc fecisse, itaque non ex iuris publici vniuersalis, sed iuris gentium principiis hanc controuersiam diiudicandam esse existimauerim. Ius publicum enim vniuersale quum in definiendis, quas princeps et subditi ex subiectionis pacto sibi inuicem debent, obligationibus iuribusque versetur: inde efficitur, vt duobus pluribusue inter se litigantibus decisio litis ex iure publico vniuersali tum demum recte possit peti, quum inter vtramque partem de eo, quod pactum istud vere initum sit, conuenerit et de iuribus tantum quaeratur ex hoc pacto oriundis. Hoc pacto enim vnice nititur ius publicum vniuersale: illud si demas, tota haec iuris species corrui. Iam vero in lite Bohemico-Zedtwizia tantum abest vt inter vtramque partem de pacti illius existentia conueniat, vt potius ipsam hoc sit de quo litigent. Neutra igitur pars vlllo iure ad ius publicum vniuersale potest prouocare, deficiente quippe huius iuris fundamento. Nec aliis ideo in hac controuersia quam iuris naturae et gentium principiis locus relinquatur. Quare etiam Bohemia litem hanc vi potestatis iudicariae

E 3

per illa iustitiae verisimilitudine pronunciet? Quare haec, quae praeiudicialis videtur, quaestio eadem est

in effectu, quae principalis, itaque iudicio illo Böhmeriano tota in incerto relinquatur controuersia.



ciariae decidere et suorum ipsius iudiciorum arbitrio submittere haud potuit; siquidem tota ex iure publico vniuersali et subiectionis pacto pendere solet potestas iudiciaria. (§. 7. 8. 16.) A quo et abstinuisse vidimus Bohemiam. Huc enim non pertinet publica, quae Zedtwizii intenta fuit, actio; (§. 13.) cuius longe alia ratio videtur. Zedtwizii enim se vassallos esse Bohemicos nec ipsi negant. Iam vero certissimi iuris est de felonia a vassallo in dominum directum commissa et, quae hanc maner, feudi priuatione iudicari in curia parium, iustae, quae recentiori aeuo in huius locum successerunt, iudiciis feudilibus. Quodsi itaque sumimus cum Bohemia feloniae reum fieri vassallum, qui superioritati territoriali domini directi se subtrahere nititur; iuste contra Zedtwizios coram iudicio feudali Pragensi ad feudi priuationem agi poterat. Minime enim, vt imperium Bohemiae agnoscere condemnarentur, sed vt feudo priuarentur Zedtwizii, petiit fisci Bohemici procurator. (§. 13.) Hoc iure poterat fieri, illud secus. Fundamentum autem actionis in felonia commissa ponendum, et haec a domino directo probanda erat. Quum igitur thema probandum in eo positum esset, vt Zedtwizios Bohemiae imperio se subiecisse, nunc vero Landfasciatum Bohemicum detrectare demonstraretur, per accidentiam factum est, vt a iudicio Bohemico curiae parium surrogato de superioritate Bohemiae in Zedtwizios territoriali iudicandum fuerit.

Sicut ceterum PÜTTERVS primum deesse fundamentum ait, ex quo iurisdictio iudiciorum Bohemicorum in Zedtwizios possit deriuari, ita et aequè primum deficere fundamentum videtur, quo iurisdictio Imperii in Zedtwizios possit niti. Hoc enim in immedietate quaerendum. Haec ipsa vero est de qua disceptatur.

§. 24.

De discrimine nostrae speciei a reunionibus Gallicis.

PÛ T T E R V S vt demonstret, quam nullo iure Augusta-
 fissima Bohemiae regina violentia et propriorum iudiciorum
 auctoritate contra Zedtwizios vsa fuerit, curiarum a Ludouico
 XIV. Gallorum rege recuperandis prouincijs anno superioris
 seculi octogesimo Metis, Tulli, Veroduni, Brisaci, Tornaci
 et Vesontii constitutarum (*chambres de reunion*)^{h)} exemplo vitur,
 dumque Ludouicum in iure, quod sibi in quasdam ciuitates
 prouinciasque Germanicas ad Rhenum sitas competere praedicabat,
 persequendo iniuste versatum fuisse sumit, inde ad eam, de qua
 nobis sermo est, quaestionem argumentatur his verbis: *In der That war dieses eben der Fall,
 wie Ludwig der XIV. die Reichsstadt Strasburg und so viele andere
 teutsche Reichslande als angebliche Zugehöre der Landgraffschafft
 Elsas, der drey Lothringischen Bisthümer und der Graffschafft Burgund,*

h) Originem illae reunionum curiae debuerunt consilijs ROLANDI RAVALDI, curiae Metensis consiliarij. vid. libellum eleganter ac facunde scriptum, qui Coloniae 1692. 8. sub inscriptione prodijt: *La dissolution de la reunion, où il est prouvé par les maximes de droit, que les Seigneurs et les suiers de la Reunion ne sont plus reus aux hommages ny aux sermens qu'ils ont renus au roi de France, à la chambre royale de Metz et aux conseils souverains d'Alsace et de Besançon.* cet. p. 11. Quaestionem tamen de iustitia remedij, quo Galli contra reuniendos vsi sunt, sicco pede praeterit laudari libelli auctor, nisi quod p. 11. obiter tantum eius mentionem iniiciat his verbis: — *le Roy a cou-*

*scuty avant la derniere guerre d'Hol-
 lande à un arbitrage solemnel pour terminer les differens resultans du traité de Munster sur la reunion des vassaux des Eueschés de Metz, Toul et Verdun, et les dix villes Imperiales en Alsace, ce qu'il n'auroit pas fait s'il auoit jamais crû qu'on pût raisonnablement establir une chambre de reunion et qu'on pût estre iuge et partie. cet. et satis facite p. 21. — le Roy estoit un bon Advocat et Nosaire, puis qu'il soutenoit ses plaidoyés et ses actes par cent mille remoins. En verité il lui faut cette iustice horticée et ces argumens d'arçon, pour appuyer son droit, qui est en soy tout à fait ruineux; à moins de cellà il perdrait son procès sans ressource. cet.*

gund in Anspruch nahm, und ohne auf den dagegen eingelegten Widerspruch zu achten, für bekannt annahm, dass solche als Unterthanen der Krone Frankreich eigenmächtig zum Gehorsam gebracht werden könnten, oder dass die Krone Frankreich doch allenfalls aus eigener Macht Reunionkammern anlegen könnte, welche diejenigen, denen die französische Hoheit aufgedrungen werden sollte, vorladen und darüber richterliche Aussprüche thun sollten. So wenig aber in diesem weltkundigen Falle damals jemand diese Art des Verfahrens billigen konnte, so gewis ist der allgemein hiebey zum Grunde liegende Satz: dass einer, der selbst noch widerspricht, dass er des andern Unterthan sey, von demselben weder eigenmächtig zum Gehorsam gebracht, noch darüber vor dessen eignen Gerichten zum rechtlichen Verfahren genöthiget werden kann. §. 342.

Sed quanquam iam non id disquirere animus sit, vtrum defendi possit illud, quo Ludouicus ad obtinendum ius suum vsus est, remedium; de hoc tamen valde dubito, quod ea, quae iste sibi vindicabat, iura eodem, quam quae regina Bohemiae contra Zedtwizios persequebatur, fundamento nitantur, ideoque illa species cum nostra possit comparari: vtramque potius permultum differre arbitror. Ludouicus enim quum varia I. R. G. loca sibi vindicaret, non pacta ab iis, quos sibi subiicere studebat, nobilibus ciuitatibusque secum inita, sed potius ius allegabat in se ab Imperatore et Imperio pace Monasteriensi et, quae hanc confirmat, Noniomagenensi translatum.¹⁾ Postquam enim pacis Monasteriensis §. 70. episcopatus Metensis, Tullensis et Verodunensis, §. 74. autem vtraque Alsatia et Suntgouia Gallis ab Imperatore et Impe-

1) vid. La dissolution de la reunion chronologique de l'histoire de France &c. loc. cit. Allgemeine Weltk. T. sous le regne de Louis XIII. et Louis 39. p. 614. BARRE Geschichte von XIV. pour servir de suite à celui de Teutschland. T. VIII. p. 163. 165. François de Mezeray. T. 3. p. 234. 266. versionis Germanicae. Abregé

Imperio cessa, haec quoque cessio pacis Nouiomagenfis Galliam inter et Imperatorem in ita §. 2. denuo stabilita, istis vero pactionibus singulae ciuitates et loca, quae ad prouincias cessas pertinerent, haud nominata fuissent, circa principatum Bipontinum, comitatum Veldentiensem, Germershemium, aliaque oppida, immo integros tractus dubium ortum est, vtrum ad prouincias cessas referendi essent nec ne. Affirmabat Gallus, negabant Imperator et Imperium. Ea autem, de qua iam agebatur, quaestio partim ex historia et geographia, partim ex mente paciscentium et, quem sequuti praesumuntur, loquendi vsu explicanda erat: quod negotium iurisconsultis in eas, quas supra commemorauimus, curias lectis a Ludouico demandatum fuit. Omnem vero istam controuersiam inter gentes tantum paciscentes, Galliam nimirum et Imperatorem atque Imperium, agitatum fuisse facile patet. Quum enim licitum sit ciuitati necessitate urgente ob salutis publicae, quae suprema lex est, rationem prouinciam quandam seu ciuitatem sibi adscriptam quasi deserere; ista cessio inter gentes Germanicam et Gallicam ita valebat, vt illa omnibus, quae in loca cessa habebat, iuribus renunciaffe censenda fuerit, eae tamen, de quarum cessione actum erat, prouinciae isti pacto stare seque Gallis subicere minime tenerentur, in pristinam potius, quam a natura habebant, libertatem restituae.*) Multum igitur inter illam, quae circa reuincio-

nes

k) vid. solide, vt solet, et subtiliter hac de re disputantem de VATEL l. cit. Livre I. Ch. XXI. §. 262. 263. Quamquam vero imperium pacem Nouiomagensem sub d. Ratisbonae d. 23. Mart. 1679. ratam habuerit, Monasteriensi autem trium l. collegiorum legati et deputati ipsi adeo

interfuerint, tamen ne sic quidem iis, quos Imperator Imperiumque Gallis quasi cesserunt, iura, de quibus VATEL cit. l. differit, connata adimi obligationemque Gallorum agnoscendi imperium inuitis imponi potuisse existimauerim, quum circa iura singulorum, de quibus tum age-

F

nes Gallicas agebatur, et eam, quam nos iam tractamus, litem interesse discriminis facile est intellectu: etiam si sumamus, quod tamen veritati repugnat, per cessionem Monasteriensis Gallis ius in cessos perfectum fuisse adquisitum. Istud enim, si quod est, ius non pacto inter cessionarium et cessos, sed inter illum et cedentes inito niteretur: atque ex huius pacti interpretatione omne istius controuersiae repetendum iudicium, secus ac nostrae, cuius decisio haud aliunde quam a pacto subiectionis Bohemiam inter et Zedtwizios inito pendet. ¹⁾

§. 25.

An doctrinae de exemptionibus hic locus sit, disquiritur.

Pergit PÜTTERVS §. 343.—345. *In Deutschland sind diese Fälle desto häufiger, je mehr hier die verschiedenen Verhältnisse mittelbarer und unmittelbarer Reichsmitglieder von allerhand Gattungen durcheinander laufen — In diesen Fällen tritt nach der ganzen eignen deutschen Reichsverfassung noch der besondere Umstand ein, dass selbst das gesammte deutsche Reich sowohl als dessen allerhöchste Oberhaupt dabey in Betrachtung kömmt, indem das Reich, so oft ein unmittelbares Mitglied desselben genöthiget wird eines Reichsstandes Landeshoheit über sich zu erkennen, offenbar an seinen Gliedern*

batur, quidquam statuere, vi nulli societati, ita etiam comitiis I. praesertim post I. P. O. art. V. §. 52. nequaquam liceat.

1) Quod ad modum ius suum persequendi attinet, reunionibus Gallicis haud abimiles videntur, quae circa feuda Langharum inter horum dominos viles regemque Sardiniae exortae et Electoribus ad eligendum

Carolus VII. conuenientibus propositae fuerunt controuersiae. Rex enim Sardiniae cessione, de qua art. IV. praeliminari d. d. 3. Octobr. 1735. conuenerat, nisi nobiles, qui feuda Langharum possident, ad praestandum de fide et obsequio sacramentum vi adegerat. vid. MOSERS *Wahlcapitulation Carls 7. T. I. p. 171. sqq.*

einen Verlust leidet, der unter dem Namen der Exemption, da nemlich ein unmittelbares Mitglied als mittelbar von des Reichs Steuern und andern Gerechtsamen exemirt wird, in der Sprache unsrer Reichsgesetze bekannt ist, und da also solche Streitigkeiten, wo noch über die Mittelbarkeit oder Reichsunmittelbarkeit gestritten wird, Exemptionsstreitigkeiten genannt werden. In solchen Exemptionsstreitigkeiten ist es nun nach der teutschen Reichsverfassung eine ganz ausgemachte Sache, dasz darinn kein Reichsstand, der ein andres Mitglied des Reichs, das unmittelbar zu seyn behauptet, als mittelbar und seiner Landeshoheit unterworfen in Anspruch nimmt, sein eigener Richter seyn könne.

Equidem haud scio an ad notissimum de exemptionibus caput controuersia nostra possit referri. Is enim demum eximere viderur, qui membrum I. R. G. quod tributa Imperio soluit, immedietate, qua antea gaudebat, priuans sibi reddit subiectum. Clare hoc docet R. I. de ao. 1548. §. 53. et 54. ibi: Und als durch die Creysverordnete auch fürbracht, wie etliche Ständ des H. Reichs andre desselben Stände in den Anschlägen begriffen auszuziehen unterstehen — Ist in Berathschlagung dis Punckts befunden, dasz gleichwohl etliche Stände ausgezogen, aber durch die Ausziehenden werden die Reichsanschläge der Ausgezogen erlegt und entrichtet; die weil dann derwegen kein Streit noch Irrung ist, auch dem H. Reich deshalb an seiner Anlagen und Gerechtigkeit nicht abgethet, so lassen Wir und gemeine Stände, auch der abwesenden Bothschaften und Gesandten, solches alles bleiben und beruhen, bevorab, so die ausgezogne Stände solchs Ausziehens und Vertretens zufrieden sind. Etliche andre aber werden ausgezogen, ohne dasz die Ausziehende oder die ausgezogne ihre gebührliche Anlag dem H. Reich entrichten und leisten: Darauf haben wir uns mit Churfürsten, Fürsten und gemeinen Ständen, auch der abwesenden Bothschaften und Gesandten verglichen, dasz unserm kayserlichen Fiscal dieser aus-

F 2

gezog-

gezogen und ausziehenden Stände ein Verzeichnuß durch die Maynzische Canzley zugeschildt werden soll. Und soll bemelter unser Kayserlicher Fiscal hiemit Befehl haben, wider die Ausgezogne zu procediren.

Distinguit R. I. inter eos qui cum onere et qui sine onere eximuntur. Quoad hos tantum Imperii interesse dicitur, vt immediatatem recuperent, illi vero vtrum mediati an immediati sint haud curare Imperium, quum nihil referat, a quo soluantur, quae ab exempto praestandae sunt, symbolae. De iis autem, qui collectis I. haud obnoxii superioritati territoriali vindicantur, plane silet laudatus R. I. locus, qui tamen in doctrina de exemptionibus vtramque facit paginam. Iam cum Zedtwizii, quippe ne nobilitatis quidem immediatae collegio adscripti, ad onera I. symbolas nunquam contulerint, principia, quae de exemptionibus leges I. tradunt, iis neutiquam applicanda existimo. Verum etsi nullus hic esse doctrinae de exemptionibus vsus videatur, tamen Imperio Bohemiae Zedtwizios superioritati territoriali mancipaturae contradicendi istique litii quasi interueniendi haud nullum ius fuisse libens concedo. Atque decreueram de isto Imperii iure et, quo persequendum sit, remedio nec non de legitimo, quo Bohemiae contra Imperium sese defendere liceat, modo vberius hic exponere, nonnullis, quae praeparandae isti, quam meditabar, excursioni inservire possent, iam supra (§. 9. II.) adpersis. At quum maiori ipsum hoc scribens me opprimi viderem temporis angustia, quam quae illustris istius loci et labore, qui lucernam oleat, si quis alius, digni pertractandi spem relinqueret; intactum relinquere quam actuario filo delibare malui.

De obseruantia contra Bohemiam allegata.

Quamuis scriptae leges, quibus Bohemia Zedtwizios coram I. iudiciis conuenire teneatur, allegari haud possint; p̄teru-
 TERTVS tamen obseruantia hoc introductum videtur statuere varia, vbi talismodi lites in iudiciis I. tractatae fuerint, adferens exempla §. 349. 350. — *Wie wenig aber davon auf solche Fälle, da selbst noch über die Unterwürfigkeit gestritten wird, zu schließen sey, können ähnliche Beyspiele leicht einen jeden belehren, wenn man nur bedenket: ob es recht gewesen seyn würde, wenn das Haus Schwarzburg vor Sächsischen, die Stadt Hamburg vor Hollsteinschen, die Praelatur Neresheim vor Oettingischen Gerichten hätten zu Recht stehen sollen, um aus der von ihnen selbst noch bestrittenen landesherrlichen Gewalt daselbst die Frage entscheiden zu lassen: ob sie unmittelbare Mitglieder des teutschen Reichs, oder der ihnen zugemutheten Landeshoheit unterworfen seyen?*

Man darf auch nicht etwa nur bey solchen Beyspielen stehen bleiben, wo der Ausgang schon für die Reichsunmittelbarkeit sich günstig erkläret hat. Sondern wenn man auch auf die am Ende widrig ausgefallenen Beyspiele zurückgehet, wie z. E. Churmaynz gegen Erfurt, das Haus Sachsen gegen die Grafen von Gleichen, das Haus Braunschweig gegen die Stadt Braunschweig, das Haus Mecklenburg gegen Rostock, der Bischoff von Münster gegen die Stadt Münster, u. s. w. sich in dem Falle befunden, die Landeshoheit im Widerspruche zu behaupten; so ist in keinem dieser Fälle der darüber entstandene Rechtsstreit jemals anderswo, als vor die höchsten Reichsgerichte gehörig erkannt worden. Und es würde niemanden eingefallen seyn, es für recht zu halten, wenn alle diese Reichsstände vor ihren eignen Landesgerichten diese Sachen hätten vortert wissen wollen.

Sed videamus num ex iis, quae PÜTTERVS recenſet, exemplis legitima I. obſeruantia poſſit elici. Nolo quidem iam nobilem de obſeruantia I. locum tractare vberius variasque variorum ſcriptorum, HORNII, STRVVII, MASCOVII aliorumque adferre ſententias.^{m)} Ipſum potius in definienda I. obſeruantia ſequamur PÜTTERVM, qui *obſeruantiae vis obligandi*, inquit, *potiſſimum quaerenda eſt in conſenſu tacito eorum quorum eſt leges fundamentales condere. Quare ad obſeruantiam imperii Germanici requiritur, vt de tacito Caeſaris ſtatutum conſenſu conſtet.*ⁿ⁾ Vt vero de tacito Caeſaris ſtatutumque conſenſu conſtare poſſit, neceſſarium videtur, vt eorum factorum, ex quibus iſte conſenſus colligendus eſt, Imperator Imperiumque legitimam habuerint aut certe habere debuerint notitiam. Ea autem, quae PÜTTERVS allegat, exempla nihil aliud ſunt quam lites inter I. membra circa Landſſiatum in I. iudiciis actae. Singulas autem, quae coram hiſce tribunalibus tractantur, cauſas ad publicam Imperatoris omniumque I. ſtatutum notitiam haud peruenire res ipſa docet. Nec vilia ſtatibus I. incumbit obligatio, vt, quaeſnam lites in iudiciis I. ventilentur, et vtrum in iis, quae ibi pendunt, fundata ſit iſtorum iudiciorum iuriſdictio, inquirent. Quodſi igitur controuerſiae ei, quae Bohemiam inter et Zedtwizios agitata fuit, ſimiles a iudiciis I. deciſae fuerunt, inde efficitur tantum, vt ita fieri poſſit, non vt fieri debeat.

Nec mirum fuiſſe ſtatus I. qui omiſſa, qua iure ſuo vti poterant, *admodum* lites circa ſuperioritatem territorialem exortas iudiciorum I. arbitrio quaſi compromittendo ſubmittere

m) Quas collegit ſuaque adiecit
MOSEVVS von Teutſchland und deſſen
Staatsverfaſſung überhaupt. Cap. XXIV.
p. 491. ſqq.

n) In *Inſtitutionibus iuris publici*
Germanici. Lib. I. cap. VI. §. 44.

tere mallent. Quod vt facerent partim virium suarum diffidentia, partim aliis prudentiae rationibus impelli poterant. Eos subditos, qui se tales esse haud negant, sed de modo tantum exercendae superioritatis territorialis conqueruntur, a principibus I. iuxta Cap. Caes. art. XV. §. 8. propria auctoritate ad ea, quae debent, praestanda adigi posse nemo est qui dubitet. (§. 20. 21.) Neque tamen minus fuerunt principes, qui contra hos quoque in iudiciis I. experiri quam vi armisque vti variis ex rationibus fatius ducerent. *) Quorum et ipsa Capit. Caes. cit. art. §. 9. mentionem facere videtur verbis: *Da aber die Streitigkeiten vor dem Richter mit Recht versangen wären, sollen selbige aufs schleunigste ausgeführet uad entschieden werden.* Quis vero ferendum existimet, qui ita argumentetur: Fuerunt principes, qui subditos suos etiam tum, cum remedio in Capit. Caes. art. XV. §. 8. proposito absque omni dubio locus esset, coram iudiciis I. conuenirent. Ergo obseruantia I. introductum, vt nullus posthaec I. princeps remedio Capitulationis contra subditos suos iuste posset vti, sed eiusmodi controuersiam iudiciorum I. arbitrio teneretur subicere. Si ita ratiocinari liceret, nonne cit. §. 8. et 9. sibi manifeste aduersarentur, quodque remedium §. 8. I. statibus concessit, eriperet §. 9.? Quod eo minus ferendum, quo certius est vtramque §. vno eodemque tempore Capitulationi, cui Leopoldus subscripsit, monente Treuirenfi, fuisse insertam^{p)}

§. 27.

o) vid. MOSER von der reussiben p) vid. MOSERS Wahlcapitulation
Unerrhanen Rechten und Pflichten. Caus 7. T. II. p. 448.
Lib. I. cap. IV. §. 4.

Locus e MYNSINGERO affertur et explicatur.

Deinceps PÜTTERVS VI sententiae suae veritatem euincat §. 351. MYNSINGERVM, praxeos cameralis patrem, excitat, qui *Observationum iudicii imp. Camerae Cent. V. obs. I.* ita scribit: *Quum in tribunali Imperii quaeretur, si princeps imperii tamquam superior velit subditos suos conuenire, coram quo iudice id facere teneatur, quum in ordinatione nihil expresse de hoc habeatur scilicet in den Austragen; decisum fuit, quod in camera imperiali et non coram suis consiliariis id facere debeat. Atque ita iudicatum fuit in causa archiepiscopi Moguntini contra ciuitatem Erphordiam, item ducis Henrici Brunsvicensis contra ciuitatem Brunsvigam ao. 1564. et in causa ducis Megapolitani contra oppidum Roslock.* Quauquam vero exempla, quibus MYNSINGERVS vtitur, satis demonstrant eum de eadem, de qua nobis sermo est, specie loqui, tamen haud scio an hoc loco Mynsingeriano PÜTTERI multum adiuuetur sententia. Primum enim MYNSINGERVS testatur duntaxat de eo, quid in camera iudicari soleat. Iudicatis vero cameralibus legitimam obseruantiam I. haud effici ideoque nec statibus I iuris sui persequendi remedium, quod ex iure connato competit legibusque I. nullibi sublatum est, adimi posse ex iis, quae §. 26. proposui, patet principiis. Deinde vero nec hanc quidem MYNSINGERI mentem fuisse puto, vt omnes huiusmodi controuersias haud alio modo quam in iudiciis I. decidendas dicat. Hanc potius quaestionem plane intactam relinquit, hoc tantum in camera quaesitum dicens, *si princeps imperii tamquam superior velit* (omissa, qua gaudet, iura sua propria auctoritate persequendi libertate, compromittendo quasi, in iudicio) *subditos suos conuenire, (quod ei omnino licitum) (§. 26.) coram quo iudice id facere teneatur?* nimirum, vt verba sequen-

sequentia docent, vtrum coram Austraegis an in camera imperiali? Nec de omnibus quidem, cuiuscunque sint generis, subditis a principe suo conueniendis, sed, vt exempla, quae **M Y N S I N G E R V S** aduicit, docent, de ciuitatibus tantum in camera disputatum fuit. Quum enim ordinatone camerali Maximiliana de ao. 1495. tit. XXVI. eiusque quae repetita praelectione ao. 1555. prodit P. II. tit. IV. de ordine iudicii austraealis a ciuitatibus principes I. conuenturis obseruando cautum esset, litibus Erfordiensis, Rostochiensis et Brunsvicensis in iudicium Spirensis deductis fuisse videntur, qui dubium mouerent, num ciuitates, sicut iis contra principes coram Austraegis experiendum, ita et ipsae a principibus conueniendae ex analogia quadam Austraegarum iure gauderent? At secus visum Cameralibus, iudicatumque ciuitatem a principe I. in camera esse conueniendam, non coram actoris *consiliariis* h. e. coram iudicio Austraegali, cui interdum ipsius actoris assistere possunt consilarii. ^{q)}

§. 28.

Num Austraegis contra Zedtwizios locus fuerit?

Obiter hic noto quod, ne sermonis series interpellaretur, §. 18. consulto omisi, Zedtwizios, etsi a Bohemia contra eos in iudicio agendum fuisse cum **P U T T E R O** statuamus, tamen in Austraegis potius quam I. iudiciis videri conueniendos. Quum enim *Ord. Cam.* de ao. 1521. tit. XXXIII. §. 15. et 16. ^{r)} iudicium Austraegale, quod ab Electoribus Principibusque

q) *Ord. Cam.* de ao. 1521. Tit. 33. r) cf. *Conc. Ord. Cam.* P. II. Tit. 3. §. 6. 7.

qui a nobilibus quidquam petunt, adeundum, diserte constitutum sit; quidni Zedtwizii eadem quoque instantia auftraegali gaudeant? At de nobilibus immediatis, inquis, Ord. Cam. tantum loquitur. Zedtwiziorum verò immediatam nullam agnosco: hoc ipsum enim est, quod quaerimus. En itaque principii petitionem! Concedo. At si coram I. iudicii conveniendos ais, idem argumentum retorqueo. Ac vel inde apparet, eum, qui immedietatis quaestionem in I. iudicii decidendam esse contendit, quorsumcunque se vertat, incidere in circulum.

§. 29.

Num petitorii et possessorii iudicii discrimen hoc loco attendendum sit?

PÜTTERVS tandem iurium possessoriorum ac petitoriorum discrimen litigio nostro applicans, etsi haec altioris sint indaginis, illa tamen, ad Zedtwiziorum immediatam quod attinet, extra omnem controversiam posita esse statuit. Sic enim ille §. 358. — *Wenn man auch noch unerörtert und unentschieden lassen wolte, wer in der Hauptsache petitorisch Recht oder Unrecht habe, so erfordert doch schon so, wie die Sache hier erwogen da liegt, die unweandelbare Gerechtigkeit, dass die Herren von Zedtwiz und ihre Herrschaft Asch nebst den dazu gehörigen Orten und Unterthanen vor allen Dingen schlechterdings in den Stand hergestellt werden, wie sich solche vor den angewandten gewalthätigen Zwangsmitteln und vor denen damit durchgesetzten Neuerungen befunden, dass also die militärische Execution sofort zurückgenommen und alles, worinn Neuerung geschehen, wieder in vorigen Stand gesetzt werde. cf. §. 360. — 365.* Nolo iam quidem uniuerse vtrum in gentium dissidiis possessionis, qui in iure privato celebratur, fauor locum inueniat disquirere; de

de hoc tamen dubito vtrum in nostra de remedio a Bohemia
contra Zedtwizios vsurpando quaestione petitorii et possesso-
rii iudicii discrimen in censum possit venire. Etsi enim Zed-
wizii omisso illo possessionem tantum immedietatis contra Bo-
hemiam allegassent, tamen haud video, quo pacto modus
iuris persequendi ita mutetur. Ipsum enim, quo de pos-
sessione certatur, iudicium absque causae cognitione et iu-
dice, quamuis de plano et leuato velo iudicante, haud intelli-
gitur. Si autem verum est, quod sumimus, statum I. su-
perioritatis territorialis iura persequentem iudicem nullum
agnoscere, rem eodem redire, vtrum de possessorio an de
petitorio iudicio sermo sit, facile intelligitur.

21

~~_____~~

de hoc tanto dubio vnum in nobis de remedio a possessione
 cogit. Nos vero ut quibusque questionibus periculis et possessione
 in iudicio dicitur in certum posse venire. Et sic enim nobis
 vnum omnino illo possessionem tantam immediate contra ho-
 minem allegantur tamen hanc videri, quo pacto modo
 iuris persequendi in materia. Item enim, quo de pos-
 sessione contra, iudicium ad rem certam cognitione et in-
 dice, quibus de hanc et hanc videri, hanc iudicium
 iuris. Et tamen vnum est, quod iudicium, hanc i. h.
 periculis tantum iuris persequendi iudicium autem
 agnoscere, non eodem modo, vnum de possessione in de
 periculis iudicium hanc si hanc iudicium.

~~_____~~



Leipzig, Diss., 1785 A-0



f
56.







DE MODO
SUPERIORITATIS
TERRITORIALIS IVRA
CONTRA EOS,
QVI SE ILLI SVBIECTOS ESSE NEGANT,
LEGITIME PERSEQVENDI

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV

VT
S V M M O S
IN VTROQVE IVRE HONORES

IMPETRET

A. D. II. IVNII MDCCCLXXXV

DISPVTABIT

CHRISTIANVS IACOBVS
EISENSTVCK

ADVOCATVS DRESDENVS

LIPSIAE

EX OFFICINA KLAVBARTHIA.

No. 1070
1785,9.

